
John Carter Brown
Library
Brown University


DYALOGVS·IOHANNIS STAMLER·AVGVST N.
DE DIVERSARVM GENCIVM SECTIS
ET MVNDI RELIGIONIBVS
IHS
SOLA
SANCTA·MATER·ECCLESIA
INRI
ORA·ET·CVRA
PROTEGE IMPERA
MACHOMETVS
IVPITER
CHINGISTA
SINAGOGA
GENTILITAS
TARTARICA
FONS·VERE SAPIENCIE
IVSTA·EST RELIGIO
DISPVTATORES
Doctor Oliueri9
Balbus hiſtoricus
Triphon phiſic9
I S
H B
Rudolph9 laic9
Samuel Iudeus
Arneſtes Apoſtota
Regiſtrũ operis reſpice in fine


DYALOGVS·IOHANNIS
IHS
STAMLER·AVGVSTN·
DE DIVERSARVM
·SOLA
GENCIVM SECTIS
ET MVNDI
SANCTA·MATER·ECCLESIA
RELIGIONIBVS
INRI
ORA·ET·CVRA
PROTEGE
IM:PERA
MACHOMETVS·
IVPITER
CHINGISTA
FONS·VERE·SAPIENCIE
IVSTA·EST
RELIGIO
DISPVTATORES
Doctor Oliueriꝰ
SINAGOGA
SARACENA THVR
GENTILITAS
S· TARTARICA
Balbus hiſtoricus
Triphon phiſicꝰ
·I·
·S·
H · B·
Rudolphꝰ laicꝰ
Samuel Iudeus
Arneſtés Apoſtota
Regiſtrũ operis reſpice in fine

REVERENDO. IN. CHRISTO. PATRI. ET. DOMINO. domino Matheo lang Auguſteñ: Epiſcopo Gurcenſi: Dyalogus in modũ Comici dramatis formatus: A Iohanne Stamler preſpitero: ſuccincte digeſtus: De Tartarorum: Saracenorum: Turcorum: Iudeorum et Gentilium Sectis et Religionibus/ac eorundẽ confutatione/ et cum noſtre apoſtolice fidei/hiſtoriarum figurarumq;: Preterea vtriuſq; Teſtamenti ſacrarũ ſcripturarũ Compẽdioſe inſertarum: approbatione. Dicatus

¶ IACOBI. LOCHER. PHILOMVSI. EPIGRAMA
ad lectorem operis nõ penitendi

Quiſq; videre cupit ſuccincto plura libello
Dogmata: continuus perlegat illud opus.
Illud opus quo non operas meliore locabis/
Mercator precio: tu tibi fidus eris.
Tu tibi fidus eris: vetitas quia diſcere ſectas
Prouidus ipſe potes: ſicq; cauere dolum.
Multa vetuſtatis ſubſunt monumenta probate.
Que firmant fidei myſtica ſenſa ſacre.
Auctori ſummas debes perſoluere grates:
Ingenio cuius muſtea ſcripta tenes
Dii bene vortant

HEXASTICHON. EIVSDEM

Non legat hunc librum. cui naſus putret oleto
Inuidie: Iuſtus arbiter eſſe nequit
Non legat hunc librum: cui diſplicet ipſe vetuſtas
Qui putat et nugas omnia geſta meras
At legat hunc librum: rerum ſcrutator et hoſpes
Pieridum: fructus percipiatq; bonos.

¶ Regiſtrum operis/tu lector reſpice in fine

## GERMANI. FREIDANCK.ET TRVIECKART.AD.LECTOREM

VEre ſtultiſſimus hominum et beſtiis irrationabilibus inſa-nior/etiam quacunq; maieſtate floridus et reuerētia/ qui ſuam partem et animū( recta dei et ſui cognitōne poſtpoſita ) terrenis et virtuti repugnātibus deſideriis ſituari arbitratur. Preſertim cum nulla ſit vel vnq̄m fuerit Gentium religio iuſta ſiue philoſophica / que non ſuam partem et felicitatem in alia patria id eſt viuentium terra/ pluſquam hac infima orbis regione caduca et tranſitoria perpetuo decreuerit ſanxeritq; locandam. Sed homo cum in honore eſſet non intellexit/ compatus eſt iumentis inſipientibus & ſimilis factus eſt illis. Illud nec mirū: Nam/ war lich die welt iſt wol ain vogelhauſs/vnd ſitzen mertails Narren dar inn. Nam omnes declinauerut ſimul inutiles.zc. quod ſi omnes & merito conſentient: nos non contradicimus. Totus enim mundus cum omni ſua inani gloria et poteſtate ( diuinis tantum demptis hominum mentibus ) aliud nihil eſt/ niſi caducum quid et tranſitoriū: & ad alios Cœlorum Circulos cum ſua huiuſmodi inani gloria et ſuperbia infatuata minimus punctus eſt & medius. Sic hec omnia contemplare tu lector. Et ecce mundum: ecce Cœlum. Ita omniū factotem vnicum et ſolum venerare Deum.

### BEATVS

Eſſe ſui iuris hominem ſua ſeq; tueri
Contentumq; ſuis/ alienum nolle beatum

Reuerendo in criſto patri et dño/dño Matheo lang dei et apſice ſedis gr̄a Confirmato dño Gurcenſi præceptori ſuo Gratioſo Iohãnes Stamler Auguſtñ p̄ſbiter oratoriã ſuam ſeruitutē humilem & obſequioſam.

P Erbeatos: fuiſſe illos pater gr̄oſe Cicero refert/qui in optima repub: cũ et honorũ et rerũ geſtarũ gl̄ia floruerũt/ ac cũ vite curſũ tenuerũt/ vt in ocio ſiue vicio et in negotio cũ honoreac digñitate eſſe poſſint. Quare ſomniãti publio Cornelio Scipioni Affricano Iuniori Auum ſeniorē Affricanũ antea defunctũ ſpeciei oraculi diuina his inter cetera verbis fuiſſe locutum comperimꝰ: ſcilicet Sed quo ſis tu Aphricane Inquiēs alacrior ad tutandã rempub: ſic habeto/oı̄bus qui patriã cõſeruauerint/auxerint/adiuuerint/certũ in Cœlo diffinitũ eſſe locũ/vbi beati ſempiterno euo fruant̃. Nihil em̃ illi rerũ oı̄m principi deo ĩ terris acceptiꝰ q̄m Conſilia cetuſqꝫ hoı̄m iure ſociati que Ciuitates appellantur/harum rectores Cõſeruatores/Reges & principes hinc ꝓfecti huc reuertunt̃. Hoc ſacramẽtũ P.R. Gratioſe tue paternitati ſuggero/nõ id ꝙ ignores (cũ virtutũ ac diſciplinarũ fern e oı̄m auditor & defenſor ſis acerrimus) Sed quia imꝑatoria indies verſaris reipub: vt inde ſolatiũ aliquod & virtutis meritũ in eterna cœleſti patria te fore ſencies conſecutũ. Sed quia continuũ. Reipub. ſtudium moleſtum eſt/ q̃r qꝫ et animo fragili intolerabile ad ſolatia refugiendum dinoſcit̃. Trahit em̃ arcũ cum tela ſagitarius in altum primo ſecũdo et acrius tercio donec fractura timetur eiuſdem: q̃re mediũ vigilantiꝰ tenuerũt beati. Ne ergo his curis & ſolicitudinibus ac ſacre Romane Reipub: difficultatibus nimiũ fatigeris Præſul digniſſime hũc noſtrũ preſentē tractaculũ viri autentici correctum iudicio et emẽdatum tue paternitati ingenioſiſſime: Homo ego omniũ ſimpliciſſimus et adhuc iuuenis offero et dedo: vt grauitatis onere pauliſper reſtricto humanis hyſtoriis et maiorum geſtis graue tuum nobile. et magnificentiſſimũ ingeniũ ſolatioſe exerceas: Preſertim hiſtoria cum teſtis ſit temporũ/lux veritatis/vita memorie/ rationis via/ et nuncia vetuſtatis. Suſcipe igitur queſo pater et præceptor mi reuerẽdiſſime hanc ſimplicē et paruã dedicationē noſtrã anı̄o placabili et gratioſo/tuiqꝫ inter cetera deditiſſimi oratoris ad deum et ſeruili iohannis Stamler memento Ex Rure Kyſſingen. zo. Auguſti Anno. 1. 5o. 7.



Somniũ aut eſt ꝓpũ aut alienũ: cõe/ publicũ aut generale. Tres ſomniatores ſacra ſcriptura cõmemorat. ſ. Ioſeph egiptiũ Danielē hebreum et ScipionēRomanũ Tamē diuinorũſpeclãtores plures fuerunt vti ſctĩ prophete & ip̄e ſcrutator celeſtis Ioãnes euãgeliſta.

Iniciũ & cõſeruacõ totius reipu. notatur ĩ Spe. hy. Vincẽtii quod in p̄ñti ope freq̄ntiꝰ imitatꝰ ſum ſ. li. 5. c. i. ptl p̄rie ibi per pulcra videã ant̃ p totum Nã pulſis ex vrbe regibꝰ cõſules rem pub. regere & p brutũ regũ expulſo/ rem vſqꝫ ad Iuliũ primũ ceſarem gubernare ceperunt.

Reuertuntur Et hoc infra. Diuinus ille Scipio Affricanꝰ pſequit̃ inquiens hoı̄es enim hac lege generati ſũt qui tuẽtur illũ globũ. i. ipſam terrã hiſqꝫ hoı̄bus datus eſt animꝰ ideſt ipſa anima ex illis ſempiternis ignibus quos ignes ſidera et ſtellas vocatis/ que rotũde et globoſe diuinis aı̄ate mẽtibus Circulos ſuos orbeſqꝫ conficiũt celeritate mirabili quare piis ominibus hoc eſt homibus retinendus eſt animus in cuſtodia corporis/nec in iuſſu eius id eſt dei a quo ille vobis datus eſt animus hoc eſt aı̄a ex homı̄ vita migrandũ eſt/ne munus humanũ a deo vobiſ aſſignatũ defugiſſe videamini zc. Supra illa/& his ſimilia ipſe Macrobius Cõmendator egregius lacius videatur. Q̃ſ autē animus hominis id eſt ipſa anima ſit ĩmortalis tunc infra in tali ſomno Egregius ille ſomniator Affricanꝰ plus ꝓſequitur dicens quãdo ſcilicet orbes et circulos eorundem & planetarũ diſtinxit lunam ipſam inferiorē omniũ deſcribendo/ Tunc inquit Infra aũt illam nihil eſt niſi mortale et caducum/preter anı̄os munere deorum hominũ generum datos: ſupra lunã ſunt eterna omnia. Nam ea que eſt media et noua tellus neqꝫ mouetur et infima eſt/ et in eam ferunt̃ oı̄a nutũ ſuo pondera. Illa pagani homı̄s tu lector ne mireris Cum Paulum apoſtolum ad ſuperos in tercium cælum Tondalum et alios q̄m plures ad inferos ſic ipſa nr̄a ſcriptura ſacra raptꝰ cõfiteatur zc. Cum prelibato ſomniatore noſtro Affricano plerique et maiores philoſophi conueniunt maxime platonici p̄ter Eraclitũ philoſophũ Aſianum cognomento Scotinum et condiſcipulos eiuſdem qui dixit animã hominis ſcintillã eſſe ſtellaris eſſentie. Contra hoc et plus de anime ĩmortalitate infra loco ſuo in margine pariter et de purgatorio lacius patebit zc. Plus autem ad verbum hoc reuertuntur. hoc eſt ad beatitudinē illã que bonis patrie conſeruatoribus debetur. de qua Audi excellentē illum philoſophũ Macrobiũ ſuper eodem cum inquit. Nam ſole virtutes faciunt hominē beatum Nullaqꝫ alia via quiſq̄m hoc nomen adipiſcitur q̄s etiam virtutes celeſtis ille medicus omniũ princeps & deus philoſophantiũ Criſtus ieſus octo beatitudinibus enumeratis. Math. 5. c. bene ꝓfeſſus eſt dicens. Beati pauperes ſpũ zc. De huiuſmodi beatitudine et patria Cœleſti ſm̄ Theologos reſpice infra de ſancta Trinitate in Margine de ierarchiis et choris angelorum zc. et menſuram a terra vſqꝫ ad vnumquemqꝫ planetarum inuenies libro Macrobii fo. 4. indifferenter reſpice ibidem zc.

Iohannes Stamler Auguſtenſis Iacobo philomuſo poete laureato Conſumato oratori/ ſuo preceptori obſeruantiſſimo.

.P. S.

q Via me ruralitati modo potiuſq; ſtudio vacaturũ cognoſcis virorũ humaniſſime: ad hiſtorias recolendas me heſitantem & inuitũ exhortatus es nõ tu ꝗ eas ignores cum multorũ ſis princeps & præceptor magnificus: ſed noſtre memor beniuolentie vt ad ingenioli mei exercitium me rudum et obliuioſum iteraro inuitares. Scripſiſti nuꝑ vt te de inſulis ſuꝑ Gangem dudum inuentis (quia huiꝰ regionis & patrie natiuos & hꝰmodi nouitatis cõſcios mecũ homĩes habeã)certiorem redderem: atq; Tartarorũ/Saracenorũ/Turcorũ & Iudeorũ mores & ſectas breuius quopoſſim cõſcriberẽ:qa tu alias ſcolaſticis occuperis diſciplinis. Sed hoc vnũ obmiſiſti præceptor magnifice/ nõ imitendo ſpiritũ id quo facilius ꝑficerem/ vt dudum antea & ſepius facere cõſueueras. Ego aũt tue obſequioſus voluntati ac morem gerere paratiſſimus/quod potui agreſſusſum/ non modica tñ verecũdia maiorũ. De inſulis autẽ inuentis mentionẽ nullã facio:Sed Criſtoferi Colom eundẽ inuẽtoris et Alberici Veſpucii de orbe moderno inuento(quibus etas noſtra potiſſimũ debet)quos tibi preſentibus tractatulos mitto conſpicias. Nihilominꝰ tñ hꝰmodi hoĩes & duos iuuenes maſculos apud nos eſſe fateor/ quibus vt potui locutus ſum ac ſumma diligentia contemplatus eoſdem. Alteram autẽ petionẽ tuã animo eo ſuſcepi arbitror/quo me tibi cunctiſq; tuis ſummis amore & beniuolẽtia ſenties deuictum:et ita deuictũ/ vt tue excellentie potiſſimũ deſeruiſſe noſcatur vterq; meus imo tuus homo. Suſcepi autem hoc tui cauſa ſolacii negotiũ/ grande quidem onus ſed paruũ ingenium. Confeci igitur (quia ad id me compuliſti) ſtilo humili & ſimpliciſſimo Dyalogum ſub comedie formula/cuius cenis & collationibus nõ mea: ſed que legittimorũ et ꝓbatiſſimorũ ſunt hiſtoricorum (que omnia ipſe legi et ſcrutatus ſum hic in textu ꝗ̃m etiam in marginibus eiuſdem & pſertim maximi doctoris fratris Vincentii in Spe. hiſto. et aliorum multorum: etiam in articulis fidei roboratis: Sacri Conſilii Baſilienſis documẽta imitatus)curioſe intextui cõmẽta: malens aliena diſcere: verecunde ꝗ̃m mea impudẽter ingerere. Ea autem lege et conditione ipſa cõmenta precipue de Tartaris velim intelligas. ſ. ante annos centum et ſex/ ac etiam vltra ducenteſimũ præceptor mi fuiſſe plerumq; vera & autentica. Interim tamen geſta que fuerint hiſtorici ſilentio preteriſſe non videntur. Accipe preterea vir

De inſulis zc. De his etiam loquitur Macrobiꝰ ſuꝑ Somniũ Scipionis li. 2. cũ de Armoniis Cœli loquit̃ inter cetera dicẽs. duo ſunt ʒinguli vel zone habitabiles. ſ. ipſiꝰ terre quorũ Auſtralis ille in quo qui inſiſtunt auerſa nobis vrgent veſtigia nil ad veſtrum genus. Hic autẽ alter ſubiectus aquiloni quẽ incolitis: cerne ꝗ̃m tenui nos ꝑte contingat zc. De his hꝰmoi inſulis ac terris meo ſtolido iudicio videtur loqui frater Vin. in ſpe. hi. libro. 1. c. 77 per totũ in fine eiuſdẽ ibi reſpice & de iſtis gentibus. ca. 87. ſuper eodẽ ante & circa mediũ eiuſdem zc. Certum enim eſt ꝗ homines repiunt̃ qui in vita tedio afficiuntur & parentes ſuos voluntarie occidũt. vt Albertus magnꝰ ſuper elencorum affirmat de Triuanis in quã inſulã dicit ſe per nigromantiam veniſſe. vt aſſeritur ibidem et cũ occidunt eos comedunt/ & illud ſanctũ eſſe arbitrantes. Immo etiã idem Vincẽ. alios homĩes ex Britania vidit fruſtra hominũ comedentes in nauibus et hi homines certi erant inſulares Britanie nõ veri Britones Sed Abigothi dicuntur: De his habetur li. eodem c. 86. in fine. Et de ſimilibus moribus populorũ indie. c. 90. libro eiuſdem: et de gymnoſophiſtis philoſophis Indie. De his etiam hic infra eodem lacius continetur. Et etiam alii ſunt populi qui Traces dicuntur et barbari ſunt/ quibus ineſt contemptus vite/ et ex quadam naturali ſapientie diſciplina concordant omnes ad interitum voluntariũ/ arbitrantes abeuntium animas reuerti/ aliqui non extingui/ ſed beatiores fieri. Ergo leta ſunt ipſis funera/ et defunctos gaudiis non luctu ꝓſequuntur: Hii Traces oes populos corporum magnitudine excedunt. et vites neſciunt/ pomis abundant/ et reges ſui electõne nõ nobilitas ſed cõmunis populi aſſenſus preualet: de his habetur. c. 89. libro eiuſdem

humaniſſime tuam in tutelam ꝑ te/ a me exquiſiti huius opuſculi formulā: iuſto examini tuo cōmēdatā: quā ſi luce dignā cōſpexeris: ab inſidiatorū morſib⁹ dextra tela cuſtodias & defenſato: Vale ſpes decuſq̄ meū. Ex rure kyſſingē. 13. kl'as Iunii Anno. 6.

¶ Iacobus Locher philomuſus: Iohāni Stamler Auguſtenſi: eccleſie parrochialis in kyſſingen Rectori: viro humaniſſimo.

S. P. D.

q Vanq̄m mee ꝓfeſſiōis ſit: Iohānes cariſſime: ac amicorū optime/ vetuſtatis ac rerum geſtarū monumēta diligenter rimari: vt aliq̄d ſcitu dignū/ ad memoriā ſeculi noſtri ꝓferam: quod maiorū negligentia: aut potius modo viuentiū incuria diu latuit: tū tibi gnaro hoī: & ruſticanti ꝓuinciā hmōi inquiſitōis hiſtorice: commendare malui. nec ratio deeſt cur fugerim labores chartaceos: qui pene intra Pluteū ac librorū thecam putreſco: cū mihi ſit & legendi munus publicū iniunctū: & lucrubratōes domeſtice in receſſu priuato cōponēde/ a parergis rerum nouarū longe me ſemoueāt. Tibi igit' in primis: quia Vlixes es & multarū gentiū ꝑegrinator fuiſti: multorū populorū mores vidiſti: doctos auſcultaſti nō ſine lucro pingui: ſcribēdi onus efflagitans impoſui. vt de inſulis nouiter inuentis: De ſectis gentiū a xp̄iana fide auerſatum: aliq̄d ſcriberes: quod oīi ꝑiter etati ꝓdeſſet: & incognitas ſectas diabolo cooperāte exortas: nō ſine telo: ac ſcripturarū munimine cōfutaret. Addiderā quoq̄ meis petitōibus: vt equidē puto. honeſtiſſimis. vt mihi: ſi aliqua digeſta fuerint: remitteres: & meā legēdi cupidinē ſaciares. Sed quid inanib⁹ verbis: ac leui velitatōe vētos prouoco: aurāq̄ verbero? cum tu ad vota mea promptiſſim⁹: deſideratam rem perfeciſti: & opus fabrefactū ad meam cenſurā p̄miſiſti. Ego ipſe cum omnibus meis conphiloſophis ac literatoribus gratiam habeo gratiſſimā: quod ob meam erga te amoris obſeruātiam nullum laborē: nullā operā: licet arduā/ In confuſiſſima vetuſtate: locandā: fugere volueris. Benigne ac beniuolētis indiciū mentis eſt: q̄ ſtudioſis hoībus tuam frugem ac lectiōis multiuage adoream abſcondere noluiſti. Opuſculū: vt paucis dicā tuum perlegi: Perlectum doctis Cōtubernalibus cōmunicaui: Iudiciū expectaui: Placuit oībus: vt in lucē meridianā: ac lampabilē opus tuū ꝓdiret quod rite diſtinctū: capitibus recte notatū: ꝑſonis decoriter inductis authoriſatū: ſacris litteris robuſte fultum: equis lectoribus ac min⁹ faſtidioſis adprime placebit. Nec velim zoilos: aut inuidos balathrones metuas: quorū canina vox ac ſibulus venenatus tibi nocere poterit nūq̄m: tu bñfacere cupiſtis illi: bonū op⁹ laceſſere:

quippe intus et in cute / liuenteſq; : benefacere : dicere : operari / non didicerunt . Stilus eſt medicris: quo res iſtas ſcribere cõuenit qui tamen ſupra triuialem locutionem ſurgit: res ipſa in opuſculo contenta ad ſe pluſculos trahat: ſicuti magneſia Cautes:que ferrũ ad ſe trahere fertur:Ede tuos fetus: et dicato librũ illuſtri: aut clariſſimo viro/de tuis laboribus bñ merito:vt fulgore quodã ac maieſtate/tuas partes defendat: tuãq; induſtriam magni faciat: vt decet. Vale mi Frater:et philomuſum vt ſoles ama. Datum Auripoli ſub Adelberto Bauarorũ principe Illuſtriſſimo Sapientiſſimo Ducce. Anno.1.5 0.7.octauo kl'as Iulii.

Auripolis nomen eſt vetuſtum opidi Ciuitatis ingolſtatẽñ.

Iohannes Stamler in ſuum detractorem

Sanioris mentis Conſilium. Nil miſerabilius et ab hominũ ſalute plus alienũ arbitror Detractor ſordidiſſime/ q̃m ſcelera perpetrata nõ recognoſcere. Nihil eñ tñ repugnat principi deo / q̃m cor impenitẽs quod ſolũ crimen eſt/ quod veniã conſequi nõ poteſt. Inimicus tibi factus ſum vera et maiorũ cõmenta deſcribẽs: quod tamẽ minus doleo / preſertim cũ qs neſciat aliquid poſſe/ niſi flagitioſum tuo ore laudari. Hoc plango caritatis virtute/ quod ipe non plangis : q; te mortuũ non ſentis : q; quaſi gladiator paratus libidini/ in ꝓprium funus ornaris. Super quo age ſic conſulo penitentiã/ et conuertere miſer ad deum/ vt ad te deus conuertatur. Intellige itaq; et memento in multis peccaſſe te nudũ / conciſſum miſerum et ſordidum mendicantem. Reſipiſce .Ex.zc.

Ieſu Chriſto viui dei Eilio Laus poteſtas et imperium

Argumentum rei et hiſtorie

Arneſtem iuuenem hinc clam arreptum:ac cuidam Mercatori venditum: et ab eodem Thartarorũ imperatori donatum. Rudolph9 Ciuis laicus antea omni liberalitatis ſtudio propriis expenſis enutriuit. Arneſtes a Tartaris diſceſſus/ apud Thurcos degens apoſtotata/tãdem patriam reuerſus/ a Rudolpho patre nutritio perbenigne ſuſcipit. Sed cognita religione mutata. Primo iratus Rudolphus : Triphonis conſilio et fratris Oliuerii doctoris perſuaſione placatus. Balbum hiſtoricũ ad ſtatutam diſputationis diem inuitat. Arneſtes comparet. Samuelem intereſſe poſtulãs iudeum/ multis hinc inde hiſtoriis recitatis cum Samuele rurſus ad fidem Iubilanter conuertitur zc.

## Drama primum Inter locutores

| | | |
|---|---|---|
| Arneſtes | Rudolphus | Triphon |
| apoſtota | Chriſtianus | Vicinus |
| Turcus | Laycus | Phiſicus |

Ar. Dy veſtrã fidem quid faxo? adeam ne an? nõ adeam cõtumeliis & verberibus me inq̃m afficient, ita auſterus rudis et inhumanus nutricius eſt pater meus Rudolphus: & q̃muis ingentia quõdam in me contulerit beneficia, cognitis tñ conditõe et religione mecum mutatis que dure & inplacabilis ceruicis ſũt, in me faciet omnia. Sed quis eſt qui vna egreditur foras? homo bon9 & familiaris multũ apparet: nũc adeam audacter, & ſi que rixe inter nos oriẽtur bonũ mediaotrẽ adeſſe non ambigo. Tri. per miſericordẽ deum, Rudolphe laute viximus. Ru. Immo liberaliſſime & pocula dulciſſima hauſimus: ſed viam maturem9 aduesperaſcit. Tri. quo ituri? Ru. ad Carmelitas iam Completoria decantabuntur. Tri. eamus, tamen quis hic nouus homo pergit obuiam? Ru. vbi? Tri. viden ex aduerſo? Ru. video. Tri. mirabilis veſtit9 incognita forma. Ru. ni fallor antiquiſſimus meus eſt familiaris Arneſtes. Tri. quis? Ru. nõ noſtis hominẽ, oĩm ingenioſiſſimus eſt: & affabiliorem alterum vidi nuſquã: ſed certe veſtitus eius me terret: vereor ne quid monſtri afferat: acceleremus, vt amplexibus eum dulcib9 ſuſcipiã. O ſuauiſſime mi Arneſtes te perditũ ſemimortuũ, rurſus inuentũ atq; aduenisſe ſaluum & incolumem plurimũ gaudeo: tu Spes mea & meum ſuauium, q̃mdiu derclictũ me ſenẽ ſuſcepiſti Ar. Obſeruãdiſſime mi præceptor, & ego te ſanum felicem quoq; gratulor video potiſſimum: nunc oculi vident, aures audiunt & quem animus deſiderat: mens mea cõtemplatur. Ru. tu Triphon ecce hominem. Tri. Incognite ſed Chare amice Arneſtes tuum aduentum deſiderabilem letor eſſe maturatum. Ar. vir humaniſſime gratias: immortales: & tuam ego preſtantiam adeſſe iam cõmode haud abre exoptaui: At tamen Rudolphe quomodo ſtant amici Cognati tui? frater ſenior viuit ne? Ru. Oliuerius Theologie magiſter? Ar. ita ſenior: Romane Baſilice Prothonotarius. Ru. feliciſſime. Ar. vbi eſt? Rudol. domi eſt: & tota domus viuit. Ar. O feliciſſime cui hec fata ſuccedunt. Rudol. mi Arneſtes vnum hortor mecum cenabis hodie. Ar. non faxo, ſis ſaluus. Ru. abire te non ſinam. Ar. ſinas precor. Rudol. minime gentium. Ar. Obtemperabo. Ru. licet: & te amiciſſime Triohon requiro vt amico reuerſo rẽ gratioſam faciamus: ne recuſes hortor. Tri. & ſi aliis negotiis vacatur9 forẽ: tue tñ morẽ gerere volũtati nõ recuſabo. Ru.

Drama: Nomen eſt ex greco et eſt actus vel repreſentatio comediarũ ac tragediarũ. zc Epigrama eſt ſupſcriptio ad honorem vel vituperiũ pſone alicuius

Parerga ſunt extra vagantes vt patet de pictoribus qui aliquid ornat9 gr̃a pingũt extra materiã ſubiectã vt ſunt in pſenti opuſculo annotata in margine nõ ornatus ſed fidelitatis ſtudio & gr̃a: & de his nihil ad textũ penitus p totũ opus: ſed tantum ad lectoris ampliorẽ cognitõem de pluribus & extra textum.

### Nota

Maxima fuit Rudolphi erga Arneſtẽ amicicia & cõfiſa familiaritas. Nam amicorũ eſt gaudia & triſticia ſimul & oĩa alia ferre & ĩter ſe cõmunicare Ideo vocatis amicis Laban nuptias fecit Racheli deſpõſando Iacobo eandẽ. Geñ. 29 Dauid dilexit Ionathas vti aĩam ſuã: & contra patris ſui Saul voluntatẽ ipſum Dauid ſepius auiſando. vt. 1. Re. 19. c. habet. In hmõi figura Dñs Ieſus laudauit villicũ iniquitatis ſcilicet amicis cõpatis. Luce. 16. ca. Par etiã exemplũ de illo qui petiit media nocte panẽ ab amico ſiue vicino ſuo Lu. xi. c. Intra amicos etiã ſimul debet eſſe confiſa familiaritas atq; ſecretũ colloquiũ Quare deus Myoſi loquebaẗ de cunctis agendis ratione tabernaculi & aliorum vt amicus ad amicum. Exo. 28. ca. Amici Iob venerunt eum conſolantes Iob. 2. c. Dñs noſter ſaluator ſuos in finẽ dilexit. Iohãnis. 13. c. Item amicicia debet eſſe firma & inſepabilis conſtans & fidelis. Quare Ruth dixit Neemi, quo prexeris, pergam tecum. Ruth. i. c. Huiuſmodi amicus fuit etiam Rudolphus erga Arneſtem compaciẽs et ex nimio fideli amore nimis furioſus. vt infra iam dramate patebit.

bene facis/et tu Arneſtes interea facito quod lubet:ad horã tamẽ
reuerſurus: nos ibi Completoriis finitis actu reuertemur. Ar. ſtat
ſententia eo: letor equidem ſuꝑ viuere Dñm Oliuerium ſeniorem
virum oĩm rerum exꝑtiſſimũ/ qui vna cum Triphone Rudolphi
ſi quas mihi intulerit moleſtias facili ſtrepitu conterere queat.

¶ Drama ſecundum

| | | | |
|---|---|---|---|
| Arneſtes | Rudolphus | Triphon | Oliuerius |
| Apoſtota | Laicus | Phiſicus | Doctor |

Ar. horã iam preteriit/vado inuitatus/multis tamẽ repletꝯ terro-
ribus: Chriſtianis cõmunicare nõ licet/recuſare abſurdũ eſt/incer
tus quid agam/Anguſtie ſunt mihi vndiqꝫ. Ru. Triphon mi/ Arne
ſtes venit:ſed vereor hominem. Tri. quãobrem? Ru. tu vide/longe
ꝓperat/plenꝯ curis & tribulatõibꝯ:en manus en pedes & oris bal
buciem/dixi ſupra/ vereor ne quid monſtri afferat: me terruit ve-
ſtitus. Tri. audiemus/ adeſt aperi. Ru. heus Soſia ſerue hoſtiũ/re-
ſera pulſanti: tu Triphon et ego obuiã deſcẽdamꝯ. Ocioſi te Ar-
neſtes expectamus: preſto aſcẽdas/ Oliuerius te dudum expectat
Ar. vado videndũ eum. Salue mi Pater. Oli. & tu fili cariſſime: q̃m
gratiſſimus tuus ſit mihi reditus: Arneſtes hoc facile conſideras:
ꝙ omnes amicos te indies pulſaui inquirendo. Ar. grates habeo.
Oli. cõſede tu Arneſtes/et noua que feras eloquere:tu terrarũ atqꝫ
regnorũ fines perluſtraſti: ſitus vidiſti hominũ/& que orbis con-
moda ſint & vitia/te modo nouiſſe oĩa nõ ambigo: quid taces?
ne loqui veriare. Ar. neſcio quid dicam. Etiam ſi pleroſqꝫ mũdi li-
mites pertranſiui/ perii nihilominus. Oli. ſis felix Arneſtes ne pe-
reas. Ar. felix? infelicem me oĩes hoc ſero ꝓclamabitis. Ru. abſit
hoc ꝓcul mi Arneſtes: ego quidẽ hic dixi meo familiari Tripho-
ni/mee mentis iudicio triſtem te fore: atqꝫ ſolum loquentem huc
intro pergere: tamẽ q̃mobrẽ ignoramus. Dic ergo amabo te quid
cruciet? caruimus nanqꝫ tua preſentia per annos ſeptem vel vltra
Antea letus omnibuſqꝫ hilarior et humanior fuiſti/quod in te iam
nuſquã apparet. Verum quidem hoc quod vulgo dici ſolet:tem-
pora mutãtur & nos mutamur in illis. Omnino eñ natura & mo-
ribus ĩmutatus es. Didici hoc quidẽ/ q̃m primũ te videram veſte
tua peregrina hominem mutatũ fore. Sed exuas hominẽ peregri-
num/ votereſqꝫ condictões noſtras induere: vt de variis rerũ que-
ſtionibus confabulemur. Aſia maior quid ſuadet: minor quid co-
lat. Affrica ſectetur:Egiptus obſeruet:Grecia nutriat atqꝫ venere-
tur: inſtruere nos perge rogatus/vt aduẽtus tui gratiſſimi ſolatia
peragamus. Ar lingua erat metu. Ru. metu? Ar. heret inquã. Ru.
cenabimus ergo/maior forſan hilaritas nobis occurret. Tu frater

Oliueri manus lauato ꝑegrinūq; obſerues.Oli.faxo. Arneſtes ac-
cede laueris. Ar. minime gentiū/ vnū hortor/ ſitis leti & in ebria-
mini/me ſaltim abire paululum cōcedite:manere hic nequeo.Ru.
qūo agis Arneſtes ?Haud ita licet/manebitis etiā inuitus. Ar. nō
eqdē Rudolphe/neſcis cauſā/ ꝑegrinorū nāq; cōuerſatio ac mo-
dorū vobis incolis eſt aliena.Ru. Hec quorſū ignoro/ſed non tu
vn9 ex noſtris?Quid taces?Ar.viden veſtitū?iudica hominē. Ru.
veſtitus te Grecum & Turcū deſcribit/qualem te minime iudico.
Ar. ſic falleris. Ru. Hem/fallor ſacrilege? te quem tantū Amaui-
iuuerim & youerim / modo abnegatum audio . Oli . Haud ita li-
citum frater/ hominē facilius beniuolentia vinci conuertiq; poſſe
q̄m iniuriis inferendis cenſetur . Tri. Prudenter domine Oliuerii
tu obmuteſce Rudolphe.Ru. per miſericordem Deum tam Cha-
rus mihi amicus ablatus omninoq; perditus/ſalubrius foret eum
nuſquā natum . Ar. mi Rudolphe pauciſſima auſculta obſecro.
Scin / me hinc quondam arreptum ? immo vt dixti perditum ?
Ru.Scio.Ar.& in Aſia venditum beſtialiter/ vt non mei ſed alieni
Iuris fuerim . Sic viuere cum eis ꝓpter libertatem recuperandam
humanum erat:Inde ſitus placuit:ſida p̄moniuit eorum charitas/
cunctis vt deſeruirem.Oli.frater. Rudolphe/nō tam imprudenter
egit Arneſtes:tantū ſi puerſus nō rediſſet.Ru.bene:ſi nō puerſus.
Ar.echo. quid ſi plus conuerſus'? Ru . conuerſus ſcelerate ? Oli.
nimis vehemens tu frater. Ru.egon? Oli. tu inquā: que loquatur
auſculta ſacius eſt. Ar.immo ſanctiſſime:Domine mi Oliueri om
nia experiri conſilio priuſquā armis ſapientem decet.Tri. per im-
mortalem Deum:Rudolphe nimis tu furioſus.Ru.ſileam.Tri. ſic
ſuadeo:Domine Oliueri tu aduenam exerceas.Oli.faxo.mi Arne-
ſtes que cauſa imo te potius dementia inceſſit religionē deſerēdi?
Ar. Poteſt ne hic frater tacere? Oli. poteſt. Ar.difficulter.Oli.hui
ꝑt.Reſponde oro. ſcin ꝙ quandoq; ex re minima : exili principio
firmiſſima conflatur ſocietas?Ar.ſcio: niſi factū immutet religio.
Oli.Immutet nuſquā/mortales ſumus:hac infima orbis religione
peregrinantes: Pari miſeria & conditione militantes . Sic nil ho-
minum ſpecies et rerum diſcolor vſus/ trahit ſua quemq; volūtas
ne ergo vereare tu Arneſtes/nam verba ego tua equo feram limite
& iudicio gratioſo. Ru. hui. bona verba queſo. Oli. Potin tacere
tu frater ? Ru . fiat. Ar. et ſi loqui vereor nulli hoc veſtrū mirum
eſſe cenſeo:tanta eſt eñ & Rudolphi vehementia/& mea reſpōſio
imp̄meditata/vt tue manſuetiſſime virtuti quid boni dicā penitus
ignorem. Sed hoc ſuadeo vos vna iocundamini/ cenātes quiete-

¶De liberalitate hoc vero in
fra vouerim & iūuerim / quia
Rudolph9 liberaliſſim9 exti-
tit in Arneſtē De liberalitate
vera& iuſtiſſima aliquod dice
re neceſſariū videbitur.Vera
igiť liberalitas aut fit in ami-
cos & fautores / aut ī paupes
Si ī amicos aut fautores tūc
ſuā recōpenſam habet inter
eoſdē. Si vero in paupes ei fit
retributio apud Deū ſcilicet
in retributōne iuſtorū:quare
carius & vtili9 ac ſalubri9 vo-
candi ſunt & rogādi paupes
ad conuiuia noſtra / quia nos
oēs vni9 dñi ſerui ſum9 licet
indigni/vno p̄cio redēpti:pa
ri cōditōe mūdū ingreſſi & ex
ituri/ad vnā btitudinē tendē
tes . Quare igiť tu diues pau
ꝑ nō tecū accipiat cibū q tecū
acceptur9 eſt regnū:q̄re pauꝑ
nō tecū accipiet veterē tuni-
cam qui acceptur9 eſt tecū in
mortalitatis ſtolam ? Sic q̄re
pauꝑ nō mereať panē tuū ac
cipere qui tecū meruit accipē
baptiſmi ſacramentū? Et cur
pauꝑ nō tecū reliquias capiat
Ciborū/ qui tecum tranſit ad
gaudium Angelorum.

Initium Argumenti.
vtš mi Rud.pauciſſima

Item Non eſt religio in orbe
que plus p̄dicet de Charitate
q̄m religio noſtra Criſtiana:
et non eſt populus minus eā
ſeruans. Hoc precepto bene
maior factus eſt ſicut minor:
quia nullus vel rariſſimus ſer
uat eandem.

craſtina ad ſingula recollectꝰ reuertar. Oli. quid ſi non reuerteris?
Ar. data fide reuertar. Oli. vade feliciter reuerſurus: tamen ſeruos
hic tuos manere indulgeas. Ar. me fiat conducto. Oli. Per noſtrā
fidem Rudolphe nullus es: hūc bonum virum & aduenam ꝙ tan-
tis iniuriis afficere conaris: rem omnē verbis māſuetis q̄m cōtu-
melioſis expiri vt illius. Familiaris hic noſter amicꝰ Triphon ſane
quā vehementiā in hoīem exercueris intelligit. Ru. tibi dico frater
in vos ambos veritus fuiſſem vnguibꝰ in hoīem irruiſſem. Proch
deū immortalē q̄nta dulciſſima & paterna in eū ſceleſtū & ꝑuerſū
ꝓditorē contuli bn̄ficia: eū puerulū educaui, iuuenē vouí, iuui, &
literis liberalibus tradidi ꝓpriis expenſis imbuendū. En oīa ꝑdita
& damnata. Oli. eia frater, is non erit computus: putan ingratus
ac immemor ſi et bn̄ficiorum? nō equidem, ſingula em̄ cogitat &
ponderat, & ni pōderaſſet tuorū in ſe beneficiorū magnitudinē,
illatis ſibi a te iniuriis credito reſpondiſſet. Omnia tamen ſuſtulit
pacienter. Tri. verū vt fatear Rudolphe: dominꝰ Oliuerius refert
oīm rerū cauſas, exituſqꝫ inueſtigari, prius homo qui habet ſalem
conatur. Sic licet in pn̄ti. Arneſtes, vti tu ais, hō ingenioſus atqꝫ
eloquēs eſt: quod & ipſe vidi, nō dubium quin craſtina placidiſſi-
me reſpondeat: ita ꝙ nemo noſtrum ei aduerſetur. Oli. credo equi
dem non ſine ſtudeo graui venturum: plura vidit, audiuit mira, &
quia eloquens eſt, mira inaudita ꝓfitebitur. Ru. quantum audio
difficilis vobis labor videtur ſupſtitioſis reſpōdere queſtionibus:
Beſtiā audire latrantē, cui ꝓditori felicius, ſi natus nō fuiſſet. Ab-
negauit ꝑ quē ſaluamur, & ſecula ꝑ ignē iudicātur, Dn̄m noſtrū
Ieſum Chriſtū in quo eſt ſaus vita & reſurrectio noſtra. Oli. Non
ita cordi rem frater accipias: hoīem audiemus, qūo ſi verbis cepe
rimus equo plerūqꝫ iudicio ambulabimꝰ: & forſan ipſe cōuerſus
cōuertet notos ſuos, num opus melius excogitari pt? Ru. vtinā.
Miſereor em̄ hoīs. Oli. aliquid fiet, boni eſto animi, Triphonē ad
id opus ꝑficiendū aduocatū habebimꝰ. Ru. faxit hoc deus. Vadā
& aduocandū Balbum ex aduerſo oratorē virum multarū rerum
expertū: certe oꝑa eius fruendū erit. Oli. vade vt cras veniat ad ho
ram. Ru. eo. Oli. q̄m mutatus o Triphon frater Rudolphus, q̄m
dure ceruicis obſtinatiqꝫ capitis fuit, & iā mollis flexibiliſqꝫ appa
ret. Tri. rei ſeriē magno p̄ſtulor deſiderio: Noua afferet nō dubito
Arneſtes. Oli. bn̄ ſentis, virtute multa erit occurrendū: ſed eccum
fratrē de domo Balbi egredientē, quē nūciū feret audiemꝰ. Frater
quid fers? Veniet cras Balbꝰ? Ru. Lubens. Oli. ergo iam cenabi-
mus, Triphon aſcende, tabulam & Iocundemur.

Item ſicut Gratitudo vna eſt & quaſi maxima virtutū ſic ingratitudo oīm viciorū eſt maximū. Iraſcit eni Deus ſpecialiter contra ingratos: vt in principio cōtra Luciferū: cōtra Adam zc. Sic etiā iratus Salomoni quia in mulierū cōplacentiā deos alienos adorauerat. iii. Reg. xi. c. Sic iratus eſt dn̄s cōtra iſrael & tradidit eos in manus Azahel regis Sirie. iiii. Re. xiii. c. Ita iraſcitur Deus contra ingratos ſua beneficia nō recognoſcētes. Sed peiora mala accomolantes, taliter iratꝰ eſt dn̄s cōtra Amaſiam regem Iuda qui dei auxilio ſupauerat Idumeos: Et infamatus attulit deos eorū adorans eoſdē. z. Paralip. z5. c. Sic etiā ſeruꝰ nequā ingratus cui dn̄s tot dimiſerat eorū omniū beneficiorū oblitus, noluit cōmiſereri cō ſeruis ſuis, ex tali ingratitudine traditus eſt tortoribus donec redderet vniuerſū debitū. Mathei. i8. c. Et hoc cōtra ingratos, a qua ingratitudine penitus excipitur hic Arneſtes. ibi Putan ingratꝰ ſit?

## ❡ Drama Tercium

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Arneſtes | Oliuerius | Rudolph9 | Balbus | Triphon |
| apoſtata | Doctor | Laycus | Hiſtoric9 | Phiſicus |

Ar. Hodie rei quid fiet pueri excogitare nequeo: cõcurſus magn9
eſt añ edes Rudolphi/q̃ſi hoſpitũ familie ni fallor Rudolph9. dira
q̃q; in me moliet᷑: en ſuos ſuſurrãtes/q̃ſi mõſtrum veniat: Eia/Dii
bñ vortant. Oli. Frater echodũ: quid putas veniet Arneſtes? Ru.
nõ credo. Oli. qu ãobrẽ? Ru. Veret᷑. Oli. minime gentiũ: eccũ ipſũ
cum puerorũ catherua venientẽ. non heſtern9 hõ ſed nouus eſt/&
ſumme ornat9. Ru. Vbi mi frater? Oli. Reſpice. Ru. hui hui. Qua-
lis veſtit9: q̃ catherua? Oli. veſtitus eſt ſericus/cõmitãtes ſerui ſunt
Ru. Per noſtrã fidẽ prudẽti cõſilio actũ/nos ſcilicet doctores hr̃e
aduocatos: tu interea eoſdẽ admoneas/obuiã ego pergã. Oli. nõ:
Quia hoĩem cõmouiſti: tu hos ſolicitato/egoipſe deſcendã. Ru.
bene. Preſtãtiſſimi viri Arneſtes potenter venit/pompoſe ornat9.
Non etiã dubito vti p̃dixit ſũme recollect9: ſitis amoniti/eloquẽs
& facundiſſim9 eſt. Bal. orſus/Hoĩem audiem9: accerſi Oliuerium
Ru. obuiã perrexit. Bal. optime. Oli. diſertiſſime mi Arneſtes copi
oſe et ornate venis: bñ tranſeas. Ar. ſic facundũ erat: ſis ſalu9. Oli.
& tu: Echo aſcendamus preſto. Ar. fiat: i preſequar. Oli. non faxo.
Ar. eas. Oli. Iucundiſſimi viri: hominẽ hic expectatum adduco. Ar.
ſaluete obſeruãdiſſimi. Tri. Amice te patrias applicuiſſe ſedes fe-
liciter pleriq; gaudent. Ar. Gratias habeo/ſitis cooperti: nõ opus
eſt feſto. Tri. cõſedeas ergo. Ar. fiat. Oli. mi Arneſtes vt rem pau-
cis agamus/dixti ne ad ſingula te recollectum reuerſurum hodie?
Ar. dixi. Oli. probe. Aduocati hic noſtri oris tui facundiã affectãt
Ar. Ach ach ech/balbucientẽ. Oli. non ita/ſerio ego loquor. De
raptu tuo/vita nutrita philoſophorũ ſitu: ac Religiõis diuerſitate
que tu ꝑpeſſus & ꝑluſtrat9es oĩa/& nos omẽs audire deſideram9
eloquere: remq; gratã facies rogitanti. Ar. Quid de iurgiis heſter-
nis? Oli. nil equidẽ: nos ſufficiẽter inſtructi tm̃ perge rogatus. Ar.
faxo. Hinc me ante ãnos ſeptem arreptũ furtiue ꝑ mare a piratis
raptoribus & in Aſia cuidã opulentiſſimo ciui viro benigniſſimo
venditũ: Inde cum eodẽ mox ad Scitas ſeu Tartaros migraſſe exꝑ
tum eſt Vbi tam liberaliter ſeruiui eodẽ/vt anno vno me ſeruum
manumitteret. Sic manumiſſus ego lr̃arum conſcius in Imꝑatoris
curiam/tum ꝓpter ingenii nobilitatem (vt cuncti putarunt) tum
etiã patrie diſtantiã/receptus: Vbi ꝑ annos duos circiter degi: ibi
que viderim notatu digna ꝑbreui ſermone abſoluã. Oli. perge q̃ſo
potiſſimũ. Ar. Et hoc factũ ãno Chriſti Milleſimo q̃dringẽteſimo
et ſcd᷑o/quãdo Perpotẽtiſſimus omniũ Rex et Imꝑator Partorũ

Orſus italicũ verbum eſt/et
ibi ꝑ aduerbio ponit᷑ tantum
valens ſicut bene eſt: ſtat ſen
tentia. vel ſimiliter.
Facũdiã affectãt. quaſi dice-
ret: ipſe Arneſtes/nõ laudes
in vita hoĩem/ſed lauda poſt
facti cõſumatõem & poſt vitã
Nam duplici ex cauſa vtilius
eſt memorie dare laudem q̃m
vite. nam in vita aut adulatio
nocet laudãti/aut tentat ela-
tio laudatum. Igit᷑ lauda poſt
piculũ/p̃dica ſecurũ/felicita
tem lauda nauigantis ſcilicet
dũ venerit ad portũ/ſic lauda
ducis virtutem ſcilicet dum
fuerit duct9 ad triũphũ infra
Argumentum.
Quis enim viuẽs tutus et ſi-
ne trepidatõe laudari poteſt
qui de p̃terito meminit ſe ha-
bere quod doleat. & de futu-
ro ſibi ſemper ſupereſſe videt
quod timeat/quis igitur hõ
in hoc corpuſculo poſitus de
bet ſibi quicquã vt infra.

Victoria Tamerlanis Regis Tartarorũ cõtra Turcos et Saracenos.

Hac vita de meritis vẽdicare. quorũ iterũ vitam occulta demonũ velut latronũ obſidet multitudo: quibus meritis ꝑ omẽs vias ſupplãtores inuiſi id eſt ipſi dyaboli animarũ laqueos tẽdunt/innumerabiliũ mortuũ expaueſcẽdos: quare et nõ ſine cauſa patriarchalis ille heremita Sanctus Anthonius exorſus ẽ dicẽs: quis iſtos euadet laqueos? & audiuit humilitas / que ſcilicet laudem humanã non requirit.

Iſte apparatus correſpondet ſupiori

ſiue Tartarorum. Tamerlanes Baizaitem Turcorũ Potentiſſimũ Regem & dñm ex obſidione Conſtãtinopolitana in Armenia ſibi occurentẽ mirabili apparatu ducentis milibus ab vtraq; partium ceſis et interfectis ſuperatũ viuũ cepit: canisq; in modũ ferrei ergaſtuli incluſum ꝑ totã Aſiam circũtulit. q̄ ipſe potitꝰ victoria inter alias ſuas ſtrages innũerabiles Caphan Ianuẽſiũ vrbẽ validiſſimã in Thaurico Cheroneſo ſitam obſedit/ deuaſtauit: omĩbusq; ſine miſericordia vrbis eiuſdem Ciuibus occiſis: atq; equeſtri exercitu calcatis/penitus cõbuſcit et in puluerem cõuertit. Eo tempore mi præceptor. Oliueri. Dominus meus cui venditus fueram( neſcio quibus negotiis intentus) Domini Imperatoris Tartarorũ curiã migrauit: vbi fortuitu Calimachus quidem nomine et Ianuẽnſis Greci et latini eloquiorum interpres et orator excellentiſſimus a domino Imperatore licenciatus et repulſus receſſerat/quo facto: dominus meus ſingulare forſan lucrum inde ſperans conſequi/ Imperatoric maieſtati me vti latinum donodedit Vnde manumiſſus ego tanto principi obſequioſiſſime ſtatui deſeruire. Ru. et tu ibi ſcilicet? Oli. Sileas in nomine domini: Num tu inſanis. Ru. orſus ſileam. Oli. Non tu curato Arneſtes hominem/Incepta proſequere. Ar. Lubens. Demum quia incredibilem et inuiſam indies vidi et perluſtratus fueram huiuſmodi maieſtatem et indomitam virtutem ac potentiam/cogitaui omnia breui inueſtigari/p̃ſertim cum ſors dederat me latinum eſſe interpretem Imperatorium. ſic omnes Curiales ſingularibus( etiam contra mẽſurã nature)fauore et beniuolentia me proſequebantur. Iuuit tamen me ſingularis aſtutia: qua me aliis curialibus etiã ſclauis humiliorẽ ſimulaui: et quãtomagis id faciebã: tantoplus diligebar/et dulcius tractabar. Interea diligẽtiꝰ et Anno primo p̃ſertim: didici ydeama Tartaricũ quo oẽm eorum potentiã / Ritum et Sectam diligenter perſcrutatuſſum. Bal. Non eſt res in mundo o Triphon me magis oblectãs q̄m incepte ſeriem narrationis et terminũ expectare. Ar. quomõ? Bal. Ne curato Arneſtes/ prius inaudita a nobis miramur vehementer: igitur incepta enucliare. Ar. faxo. Oli. ſpecta Obſecro: Rem omnem per ordinem narra aperte et breuiter: videlicet. Originem populi: Naturã: Situm: & Sectam eiuſdem ac vltimo Potentiam. Ar. fiat.

Origo Tartarorũ et occiſio Regis eorum Dauid

Circa annum Chriſti Milleſimum ducenteſimũ et duodocimũ indifferenter exiuiſſe quẽdam Perſam Dauid nomine ex Indie montibus in Mongal Tartaream terram que affinis eſt Indie vt ex plurimorũ relatu p̃cepi: demũ terrã eandẽ & alias deuictas Regiões ſub onere graui & ſtricto tributo affeciſſe: et tãto

India maxĩa Regio eſt & oĩm opulentiſſima plurima regna cõtinẽs que quondã tercia ꝑs mũdi dicebaẽ & ꝓ maiori p̃te fidelis ẽ & eccleſie noſtre Romane ſubiecta. Eius vero imꝑator et oĩm Regũ eiuſdem dñs et Princeps p̄ſbiter Iohãnes appellatur/& Patriarcha Indanus: quaſi ſecũdus papa ſed pontifici Romano obediens: quã obedientiã oſtendit ꝑſonalem Calixto pape. 2. in publica audientia Rome cum maximo cũmitatu ſuorũ. Hoc geſtũ eſt Anno dñi. 1c. 2. Et eius parent impio in India Reges. 72. et Archiepiſcopi. c. et. 32. Aliorũ principũ infinitus eſt numerus. Facultas aũt dicti p̄ſbiteri Iohãnis et Maieſtas eſt ſupra omnes diuicias mundi. Et hic eſt Titulꝰ eiuſdẽ ſcilicet Iohãnes virtute dei & miſericordia dñi noſtri ieſu chriſti/p̄ſbiter: Rex regũ et dñs dominantiũ. In medio eius & noſtrorũ ſunt Turci Saraceni et Tartari: quare diſtantia eſt magna et via picuoſiſſima. Huiꝰ Patriarche ſubditus erat etiã ſupraſcriptꝰ Rex Dauid tunc dominus Tartarorum.

rigore: q gens illa tum ex tributi exactõe: tũ etiã ignata eorũ mali tia in ſimul & tacite eorũ duce & inſtructore Cingiſtã noie conſpi rarunt. Et raptim omibus inſiſt cõiuratis Victrici manu populo in binas ptes diuiſio Regnũ dñi ſui Dauid more inopinato locuſta- rum inuaſerunt. Ft dñm ſuũ Dauid eorũ inopinatã violentiã fugi entẽ cum oĩ familia generis ſui (dempta vnica filia eiuſdẽ) mẽbra tim ſecãtes, necnõ & oẽs vtriuſq ſex9 a puero vſq ad ſenẽ penit9 occidert. Filiã vero Cingiſtã q fuit auctor ſceleris: de q̃ filios duos genuit duxit vxorẽ. Is quo facili9 optata conſeq̃ret: tria ipſis vitia vitãda pſuaſit. ſ. Adulteriũ: mendatiũ & furtũ. qbus hanc gentẽ in uolutã: ſepi9 aduerſa ſufferẽdo. Iuſto dei iudicio magnis tribulati onibus antea fuiſſe afflictam pdixit. Inde pdictus Cingiſtã ab his Indie mõtibus egreſſus magnas regiones & terras depopulat9 ſibi ſubiecit & aſſecut9 ẽ. Et inde aliis diuerſimode geſtis añ & in pñti ad Merchitas iuxta tartarorũ terras poſitas vincẽdo pceſſit: Inde ptendẽs cõtra Metritas pugnã exercuit: & illos deuictos obtinuit Demũ aliis variis & mltis regiõib9 obtentis (quorũ noia recitare plixũ eſt) in Tartarorũ ducẽ regẽ et Impatorẽ elect9 atq recept9 eſt Quod factũ eſt kythaorũ Impatore ab ipſis pri9 deuicto & oc- ciſo: Poſtea vero occiſis regib9, regnis obtẽtis: in terrã ſuã rierſ9 dinoſcit. Et hoc ad originẽ mõ eorũ ſufficiet. Natura autem eorũ Cupida: auara: ſinglaris: mirabilis ẽ & pleriſq odioſa. Sũt eñ Tar tari ſiue Mongali ſic dicti: naturalr hoies turpiſſimi: plerũq parui oculos groſſos hñtes: latas facies ac frontes: & naſos palatos. ſũt etiã inberbes, excepto q in ſupiori labio raros hñt pilos: & omẽs ferme ſtature ſũt mediocris. raſuras faciunt mirabiles & raras qui bus ipſis cõueniũt q̃ſi oẽs, quos ſuo dñio ſubiugarũt. Diſcũt eñ oẽs a pueritia eqtare poſt armẽta currẽdo equorũ & aĩaliũ. Nã in brutis & feris ſunt potentiſſimi ipſis mirabiliter ſupabundãtes: & pauciſſimi p pedes militãt, qa ſtatura ſunt parui & tibias breuiſſi- mas hñt. Agiles tñ et abiles potiſſimũ. Mulieres vero eorũ turpiſ- ſime ſunt, equitant ſicut viri: & equi earum multũ ſunt diſciplina- biles, magni laboris & frequẽter caſtrati. Et ipſe mulieres pſertim magnatorũ ſunt arrogãtes & magnis pompis gẽmarũ Auri & ar- genti, pariter auctoritate virili pociunt. Loquunt autem Tartari modo clamoroſo, et interrogatiuo: cantãtes mugiũt vt thauri: et vllulant vt lupi. turpiſſime bibunt velut equi, potum in gutture traiciunt. In tentoriis ſemp habitãt & nõ in villis: nec vrbibus: in luctatõib9 delectant & ſagittatiõib9 tanq̃m ſuis gaudioniis & ex- ercitatõib9 potiſſimis. Criſtianis debiliores ſunt corpe venatores mirabiles: ordinati ac ferati. Ad venandũ pergũt, ita q aĩalia vena- era: ac ſequentibus, ibi, populi non tantũ qui carnibus hu- manis veſciãtur, ſed etiam parentũ ſuorũ, non ſunt tñ Tar- tari ſed alii. ſcilicet .n.c. 90. partis prime. Et id ſanctũ eſſe arbitrantur.

Trium vitiorũ Tartaris a Cingiſtam diſuaſio

Natura eorum

Mongal verũ nomen eſt regi- onis Tartarie. Sed tartaria vocat a fluuio ibidem fluente Tartar nomine Inde Tartari Mongali dicuntur

Exerticiũ eorũ equitandi

Conditio mulierum.

Habitatio eorũ extra vr- bes in campis & tentoriis

De his moribus eorũ vide in Vin. ſpe. hiſt. li. 1. et. c. 88. &c.

Et de aliis diuerſimodis gen- tibus in capitulis ſequẽtibus p totũ, et pcedentibus ppul-

De ſimilib9 populis qui tali mõ vixe runt in vete ri teſtamẽto vide pphetã Ieremiã, 35. c. per totum Et hi populi Rechabite vocabantur et tali modo quia obedierũt voci patris eorum Ionadab, id factũ eſt ipſis in honorem magnũ apud deum &c.

tica ante ſe ducunt fugando. Ipſiſq; aĩalibus in locũ aptum et placitum coactis/ea ſagitis feriunt & capiunt: etiã viliſſime comedũt panẽ nõ hñt nec curant/menſalibus nõ vtuntur nec manutergiis: et manibus eduntillotis. Nunc ad ſitum eorum pgamus opepciũ

Situs eorum

eſt. Situs eorum eſt a Septendrione vſq; in orientem longe et late diffuſus/populo et ſpoliis allectus: oĩm potens et ſupbiſſimus. Tante em̃ ſunt Tartari arrogãtie q᷑ dñm Impatorẽ ſuũ Cham id ẽ filiũ dei appellant: & oĩm aliorum odioſiſſimi ſunt/& neminẽ niſi

Secta eorum et Religio

ſeinuicẽ diligẽtes. Secta vero eorũ et Religio facilis: falſa: et nobis plerũq; eſt odioſa. Credunt tñ vnũ deũ tam viſibiliũ q̃m inuiſibiliũ factorẽ/& tam bonorũ in hoc mďo & alibi q̃m penarũ eſſe dato/

Idola Tartarorum vulgariter Dattarmam

rem: nec tñ oratõibus vl̃ laudib9 eundẽ venerari conãtur. Nihilo/minus etiã hñt Idola quedã de filtro ad imaginẽ hoĩs cõfecta qb9 ĩmolando varia obſequiorũ ſacrificia oſtentãt: hui9 rei verũ vetus et vulgare pũerbiũ ſiue exemplũ apud nos hẽtur. ſ. hic terminus Datterman. i. vir ſiue imago Tartarorũ/vti etiã vulgari9 Docken

Ignem. et hoc non ſine cauſa quia tanquã ſuũ principiũ a quo animi hominũ ſuã natu/ram trahũt. iuxta Somnium Scipionis ſupra in epiſtola p̃ma Sic ſpũſſanct9 ſedit ſuper apoſtolos ſicut ignis zc. Et alia cauſa ac verior mouens eoſdem. Ignem colere habẽt in Vin. Spe. ſui hiſto. li. I. ca. centeſimo in fine eiuſdem ibi diligentius reſpiciatur:

appellamus. Venerãtur etiã ipſi ſolẽ et lunã et pmaxime Ignem/p quẽ oĩa purgari oportere vaticinãtur: Cum aũt h9mõi ſua Idola erigere: volunt cõueniunt dñe mulieres Baronũ/et principum tale Idolũ faciẽtes/cui varia obſequiorũ ſacrificia iuxta ritum ſuũ im/pẽdere videtur. De cibariis em̃ ſuis añ cõmeſtionẽ eorundẽ partẽ Idolo offerre noſcuntur: ſil'r de potu facientes. Impatori vero ſuo Cham vnum Idolum maius ceteris et elagãtius faciunt/id añ ſta/tionem Tentorii ſui ponẽtes/et equos ac Camelos aliaq; munera maxima eidem offerentes: que aĩalia oblata occidunt & comedũt nullum ex oſſibus confringẽdo/ſed igne omnia cõburunt. Huic etiã idolo ad meridiẽ locato ſe omẽs inclinant. Preterea Nichaelẽ magnum ducẽ Ruſchie ad idolum Cingiſtã ſe inclinare renitẽtem crudeliter occiderũt. quos et alios ritus diuerſimodos magna ob/

Quomõ venit Cingiſtam ad montes Caſpeos/et inde repulſus

De his montibus vide Vincẽ li. I. c. 84. et ſequentibus.

ſeruare diligentia nituntur. Vt autẽ de plurib9 & maximis pauciſſima inſerã. Cũ p̃dict9 Cingiſtã a Caſpiis mõtib9 repulſus in terram ſuã reuerſus eſſet/varias leges tulit et Statuta hec gñaliora. Quo/rum primũ eſt. Quicunq; in ſupbiã elatus ꝓpria auctoritate abſq;

Precepta eorum et Statuta generaliora.

Principum electione ad ipſum Impium aſpirauerit Is ſine miſeri/cordia occidatur. quare Chimichã nepotẽ Cingiſtã id nitenrẽ oc/ciderunt. Secundum eſt Vt ipſi Tartari amodo habeãt et affectẽt ſibi vniuerſum orbẽ ſubiugari. Nec cum alia gente pacem ineant donec ipſis ſubdatur. Addidit tamen idem Cingiſtam ab alio eos tempore ſuccedente deuinci debere/et Sectam amplecti eiuſdem.

Diuinationes et incantationes eorum.

Tercium eſt Vt diuinatõibus ſuis ſicut antea augariis auruſpitiis veneficiis ac incantatõibus (quibus reſponſa demonũ recipiũt)

Plures & pr
cipaliores l
gumlatores
ſcriptura c
memorat.
moyſẽ apu
hebreos. E
roneũ grec
Mercurium
Trimegiſt
Solonem
theniẽſſem
Liguriũ lac
demonien

Numa pompiliũ Romanum. Nouiſſime omniũ diuiniſſimũ legiſlatorem noſtrum Ieſum nazareuũ. Et inde ſeductore legum corruptores/ꝓphetas falſos/Angelos ſathane. ſcilicet Machometũ et predictum Cingiſtam Ducem et Imperatorem Tartarorum hominem ſceleſtum et dyabolicum

intedāt.Quartū ꝙ ꝑ millenarios/centenarios & decanos/ omnes
eorū exercit9 ordinēt & dirigāt. Quintū edictū generale eſt & ſta-
tutum Cham/vt vbicunqꝫ capiunt a tartaris vel ſeruis eorū/muli
eres hoſtiū ſuorum: quātecunqꝫ ipſe ſint ab ipſis teneātur. Et ipſi
tartari vł ſerui eorundē ipſis mulierib9 vtant̃ & abutant̃ ad libitū
tanq̄m in ꝑpetuā ſeruitutē redactis. Viros vero captos dēptis ar-
tificibus penitus occidant.Sunt autē tartari hoīes ſodomitici ad
placitum/etiā cum brutis aīalibus coeuntes.Sextum edictū.Qui-
cunqꝫ tartarus quēcunqꝫ equum & vbicunqꝫ rape potuerit cū non
ſit tartari/ſuus erit. Septimū edictum eſt de viatoribus.ſ. qcunqꝫ
tartarus vel ſeruus eiuſdē viatorē aliquē nō tartarum ſed alienum
cōprehēderit/in ſeruum eundē habeat ad libitum/etiā data licētia
occidendi: dum idē reptus mercator nō ſit et non habens Bullam
impialem licentiariā.Sunt autē duo genera eorū diuerſa ideoma-
ta & vnicā legē ac ritum hn̄tia: vt Galli & Alemani.Fides autem &
ſpes eorum repoſita eſt. Poſt hac viuere eternaliter mundo alieno
& incognito/quē deſcribere penit9 ignorāt. Et ibi ad libitū iuxta
eorum merita reficiant̃/ malicioſi vero punient̃ maxime Cingiſtā
dei filium(vt aſſerunt)nō venerātes.Cum vero moriunt̃ Tartari.
Hunc modum horribilē obſuant & vicioſum:Si defunctus popu
laris fuerit Sed diues & abundās/ tunc portatur funus extra ten-
toria/ ad locum in campis ipſis placitum & electum/ vbi tota ei9
familia clam conuenit/ibi foueā maximā faciunt/Hunc ſepiliendi
ritum vt infra lacius patebit plangēdo ſup cadauer obſeruantes.
Sepelitur cm̄ talis cum ſuo tentoriolo in medio ſedens eiuſdem/
menſa vna appoſita cum alueolo carnibus pleno & Cipho lactis
Iumentini/ ſimiliter iumento vno. Sepelitur etiā equus ſuus cum
eodē:Alium vero equū comedunt plangētes: ſalua Cute/quā feno
replētes ſup q̄tuor poſtes ponunt in defuncti ſignū & exemplū:vt
in alio mundo equitet ſicut & hic & nutriat̃:Oſſa autē illi9 penit9
cōburunt. Si vero Baro ſatrapas princeps aut Comes aut nobilis
eorū fuerit:ſilr̃ faciūt/ niſi ꝙ hoc vnū ex magnificētia apponūt
.ſ.tumulādo eundē/vnum ſclauorū.i.ſuorum ſuorum emptorum
quē moritur9 petierit cū mortuo viuum in foueā ad pedes defuncti
ſepeliunt inuitum & ligatū/ equum vero ſupſtitē ſalua cute eiuſdē
comedunt: & cutē ꝑ paruiſſima fila ſcindunt in exēplum/q̄ntum
hic terre h9mōi filo cōphendere demeritiqꝫ poterit/tm̄ ſpacii & ꝑ
prietatis in alio mūdo defunct9.Idem baro comes aut nobilis cō-
ſeq̄tur. Hunc ritū et veriſimilē ipſi obſuare vident̃. Hic finis vite
& ſpei eorum voluptas et btītudo.De potentia vero et futura eo-
rum deſtructōe nunc dicemus Iucundū eſſe et oportunū ducimus

Sodomia eorum. De hoc pctō zodomitico et pena eiuſdem in Vin.li.i.c.cēteſimo & 6. Et infra eodē de cōcubitoribus maſculorū: vide apoſtolū paulū ad Corin.6.c.zc

Cuius opibus de paupimo ditiſſim⁹ effectus in tantã ſupbiã ꝓru pit:vt totũ regnũ Arabum ſibi ſpandũ polliceret:niſi ſuos cõtri-bulos veritus fuiſſet/ qui cũ pro rege non haberent/ cũ ſibi eq̃les eſſent et partim maiores. Viam tñ excogitans qua id efficere poſ-ſet/fretus facecia eloquẽtie/vatem & ꝓphetã ſe eſſe ꝓteſtatus eſt. Tunc maior pars Arabum milites erãt & agricole ipſiq; freq̃nter Idolatre/precipue venerẽ venerãtes/ preter quoſdã qui more Sa-maritanorũ legem Moyſi in quibuſdã tenebãt: & alii certi eorum Chriſtianos. Neſterianos et Iacobitas hereticos imitãtes. Iacobi-te eñi ſunt q xp̃m nõ deũ: ſed hoĩem iuſtũ de ſpũſancto concep-tum:ex virgine & natũ ꝓfitentur. Nec tñ mortuũ vel crucifixum credentes. Erat eo tp̃e in regione Vrbis Antiochie archidiaconus (& verius archidiabolus) amicus Machameti et Iacobita/ vnde ad Conſiliũ generale vocatus ipſe:& ab eodem dãnatus eſt. Cuius damnatõe cõtriſtat⁹ ab Antiochia ad Machametũ confugit:cui⁹ vſus Machometh cõſiliis/quod ante adimplere nequiuerat tandẽ ad effectũ ꝑduxit. Fuerunt quoq; ex illis Arabibus quos diximus Iudei duo Andias ſcilicet & Chabalachabar dicti noĩe:qui ſibi ad heſerunt/quorũ adminiſtratõe & ſuaſionibus leges veteres & no-uas/nulle earum penitus adherens: ita ipſe cõmiſcuit/ vt hebreos Ieſum Chriſtũ ex virgine natũ negãtes reprehẽderet: qd̕ ꝓphete & maiores noſtri ꝓdixerũt Criſtianos aũt vicio redargueret ieiunatis Chriſtũ ſcilicet dei amiciſſimũ crucis ſubiſſe tormentũ ac Iudeorũ obprobria paſſum credẽdo. Habent eñi Turci ſiue Saraceni ſcri-ptum & ſanctitũ in Alcherano ſuo id eſt legis eorum explanatõne: Criſtũ oĩa miracula feciſſe ſicut & nos credimus: ſcilicet ad maxi-mum mortuos reſuſcitaſſe. aliaq; euangelica pũcta ꝓdixiſſe. Vt in li. Vin. 30. c. 86. ꝑtis tercie ꝑ totũ. Et hec facta ſunt aſtris prius vt ſupra ſignificãtib⁹. Demũ peccatis Principũ & Prelatorũ ac po-pulorum exigentibus. Precipue qñ infeliciſſimus Eraclius Cæſar Auguſtus Coſdra Perſarum rege deuicto/Ciro ep̃o Alexandrino/ & Sergio Patriarcha Conſtãtinopolitano Monochelitarũ hereſim ꝓdicantibus ad ſtudia Mathaſeos cõuerſus eſt (poſtpoſita chriſti religione) incantacõm preſagiis indulgens. Quare Machometi & Saracenorũ victoria creſcẽte:ac capta Antiochia/veritus ne Hie-roſolimã capeãt Saraceni/ inde crucem dñi ad Conſtãtinopolim deferri curauit: Et diem obiit Anno ſalutis ſexcẽteſimo & viceſi-ſimo. Ar. et inde quid? Bal. Auſculta varie eñi de eodem ſũt opini ones: veriorẽ tñ aſſequar Sectam illam narraturus. Ar. audiemus. Bal. Tradunt inſup hiſtorie predicto Machameto: iunctum fuiſſe quendã monachum nomine Sergium: qui inter alia ſua docmata



Opinio Iacobitarum.

Differẽtia quo ad fidem inter Iudeũ Chriſtianũ & Saracenorum ſeu Turcam

Confectio et compoſitio Secte eiuſdem.

Infelicitas Eraclii Imꝑatoris.

Nota.

Sicut inter iudeos & xp̃ianos varie fuerunt ſecte ſic etiã et inter ipſos phõs tam grecos q̃m aſianos: & ꝑcipue in ipſo ſũmo bono cognoſcendo ac virtutib⁹ exhibẽdis ¶ Nã vna fuit & prior ſecta Cinicorũ qui verecundiã nature viri ſci licet & mulierẽ: aut mulieris ĩ virũ fore nullã ꝑdixerũt. Sed vicit pudor naturalis hãc ſe-ctam Caninã. hui⁹ ſecte dio-genes phũs fuiſſe particeps narratur. de his in Vin. li. 3. c. 68. ꝑtis prime. ¶ Alia ſecta fuit Pitagoricorũ qui actiue & cõtẽplatiue ſentẽtias ſuas deſcribũt/horũ diuin⁹ ille Plato extitit auctor & princeps. ¶ Tercia ſecta eſt Peripateticorũ/qui eandẽ ambulãdo frequẽtius diſputare ſolebant/ cuius ſecte auctor fuiſſe dicit̃ ipſe Ariſtoteles. Et inter ſe ipſos ipſi phĩ multũ differebant in prima cauſa rerũ deſcribenda .i. in deo cognoſcendo. de hoc in Vin. li. 3. c. 82. ꝑtis prime. Et ibi ipſe Ariſtoteles reprobat Amorẽ nõ ꝓximi ſed proxĩe id eſt illicitũ/ita dicens Amor forme ratõis eſt obliuio & ꝓxim⁹ inſanie fed⁹ minimeq; cõueniẽs aĩo ſapientũ Nã turbat conſilia/ altos & generoſos ſpũs frãgit/& a magnis nos cõſi-liis & cogitatõib⁹ ad humilima trahit ¶ Alia et quarta ſecta Stoicorũ de virtutũ officiis eſt diſputantiũ quorũ principes fuerũt Zenon & Criſippus: de his ꝓpulcra in Vin. li. 4. c. 78. et ſequẽtib⁹ ¶ Quinta ſecta eſt Epicuriorũ/felicitatẽ ſummã in crapulis & humanis affectibus ponentiũ que pauca mõ ſufficiãt/hec placuit inſerere nõ quia ad ꝓpoſitũ ibi ſint/niſi ſimilitudinarie oĩm philoſophantũ. vt infra etiã ſigno A.

inſeruit/ ꝙ Saraceni habitu vtarentur monachali ſcilicet Cucula
ſiue Caputio:& vt inſtar monachorū multas et ordinatas facerēt
genuflectōes valde ornate orantes. Et quia iudei verſus occidentē

**Ordo et feſtiuitas orandi Saracenorum.**

Chriſtiani orientem/ inſtituit vt ipſi Saraceni ſiue Agareni verſus
meridiē orarent: que oīa ipſi Saraceni hucuſqꝫ obſuare nituntur.
Sic eiuſdē Sergii et etiā aliorū trium (vt ſupra docuimus) cōſiliis
& verſutia Machometꝰ ipſe inſtructus/ eorum cōmenta quaſi ſpi
ritu ſancto contexta rudi populo Arabico: fallaci ſtudio (colum
bam ſuis p̄dicationibꝰ ad aurem eius populo circumſtante quaſi
verba vite inſerturā p̄dicans) ꝓnunciauit. Preterea Machometus
Meſſiā ſe in lege ꝓmiſſū verum et iuſtū ꝓphetā denunciās multas

**Ritus legis eorundem**

& varias leges ꝓmulgauit. In pleriſqꝫ Moſaicā ſecutꝰ. Pro maiore
autē horū deceptōe & ſua ipocriſi añ orandū ſingula hoīs mēbra
lauari p̄cepit: Brachia ſcilicet & pedes: etiā et ipſa verenda: vt mū

**Oratio Saracenorum et Ieiunium.**

dius orare queāt. Orātes autē vnū confitent Deum: qui nullū ſibi
equalē habet vel ſilem: et eiuſdē dei fidelem Machometū ꝓphetā.
Omī quoqꝫ āno menſē integrū ieiunāt. Ieiunātes autē diē: noctur
no tpe comedūt: omī voluptatis ſtudio exultātes: etiam mulieres

**Feſtiuitas et Peregrinatio eorum ad Mecham**

cognoſcētes. Sed ab hoc ieiunio infirmi & ſenes excludūt. Semel
aūt ꝑ ſingulos ānos recognitōis cauſa quodā more Iudeorum ad
domū dei q̄ eſt in Mecha ire p̄cipiunt. & ibi adorare/ eamqꝫ incō
ſutilibus tegumentis circūire: & lapides ꝑ media femera retro pro
dyabolo dilapidando iactare: quā domū dicunt Adam cōſtruxiſſe
oībus filiis ſuis: & Abrahā ac Iſmaheli locū oratōis fuiſſe. Demū
Machometū eādē domū ſibi cūctiſqꝫ ſuis tradidiſſe affirmāt. Hic

**Comeſtus eorum.**

oēs carnes: p̄ter porcinas ſaguinē & morticiniū comedere poſſūt
Sic callidiſſimus & luxrioſiſſimꝰ hoīm Machomet vt magis po

**Coniugia eorum**

pulū alliceret voluptatibꝰ mūdi fruendū fore ꝓbeatū aſſeruit. Inſti
tuit itaqꝫ q̄tuor vxores legittimas in ſimul vnicuiqꝫ habēdas: data
licentia quāqꝫ (niſi in pregnata fuerit) vſqꝫ tercio repudiare: & rur
ſus recipe poſſe. Ita tñ vt q̄ternariū numerū nō excedāt. Emptias
vero & captiuas ipſis hr̄e licitū tot quot volunt & alere pñt. Con
ceditur etiā eis ex ꝓpria cognatōe (ſororibꝰ dēptis) hr̄e vxores:
vt ſaguis ꝓles accreſcat: & fortiꝰ inter eos vinculū amicicie aſtrin

**Poſſeſſiones repetende.**

gatur. Circa poſſeſſiōes repetēdas obſuāt: vt actor teſtibus ꝓbet:

**Adulterium eorum puniendum.**

& reus iuramēto ſe cōprobet innocentē. Cum adultera dep̄hēſus:
dilapidatur cū eadē. Cum alia aūt fornicatꝰ: talis octo verberibꝰ
plectitur. Machometꝰ vero a Gabriele angelo ſibi cōceſſum men
titus eſt: ꝙ aliorū ſcilicet vxores accedere poſſit: inde viros virtu
tis & ꝓphetas gñare. Hinc ridiculum auſcultate/ quidā ſeruꝰ ꝑpul
çram habuit vxorē/ & eam edocuit ne dñi ſui Machometi deſide

Supra A. ¶ Eſt etiā et aliud genus philoſophantū Indorū/ qui philoſophi gymnoſophiſte dicunt: qui ab ortu vſqꝫ ad ſolis occaſū contētis oculis orbē candidiſſimi ſideris in globo ignis cōtuent/ rimātes quedā ſecreta/ Areniſqꝫ feruētibꝰ ꝑ pedē diē alternis pedibus inſiſtūt. Sardeſtines vir Babiloniꝰ in duo dñia vel ideomata apud indos gymnoſophiſtas diuidit/ quorū vnū appellat Barthanas alterū Samaneos/ q̄ tante cōtinētie ſunt vt vel pomis arborū iuxta Gangem fluuiū vel publice Ozize & farine cibo alantur. Et cū Rex illarū terrax ad eos venerit ſolet adorare eoſdē arbitratus ſui Regni pacē eorū precibus ſituari. De his Vin. li. I. c. 90. Hos etiā vidit et audiuit Appollonius Magnus philoſophus cum opulentiſſima Indie regna perluſtraret. De hoc in ꝓlogo ſuper bibliam.

rio conſentiret: quã ſtudioſe Machometus obpreſſit/ et reliquis vxoribus ſuis (dicto ſeruo eandem repudiante) ſociauit: veritus autẽ rumorem populi. Cartam ſibi de Cœlo delatã confinxit: qua cõtinebatur: ſi aliquis vxorẽ ſuam repudiaret/ ei9 eſſet vxor q eam ſuſcepiſſet: quod a Saracenis vſq; hodie obſeruari certum eſt. Fur prima & ſcd'a vice verberib9 plectitur. tercia vice manus ei abſciditur: quarta pedis truncatõe punitur: A vino ſemp abſtinere iubentur. Circũciduntur autẽ Saraceni & nõ baptiſant' quia parum de nr̃a lege obſuant. Promiſit autem Machomet9 pſeudo ꝓpheta hanc ſuã legẽ ſeruãtib9 felicitatẽ: & meritorũ retributõem. ſcilicet Paradiſũ: ortum deliciarũ: aquis pfluẽtib9 irrigatum: in quo ſedes habebũt ppetuas: nec frigore aut eſtu aliquo affligent': ſed oĩbus ciborũ gñibus veſcent': & quidqd' petierint cõtinuo inueniẽt. Sericis etiã veſtimẽtis oĩs coloris genere induent'. Virgines ſpecioſiſſimas placidas ppetuo ad amplex9 hñtes. quib9 cultorib9 ibidẽ angeli pincernarũ more cũ vaſis aureis & argenteis in Aureis lac: Argẽteis vina dulciſſima ferẽtes miſtrabunt dicẽtes. Comedite et bibite in leticia. Tria quoq; flumĩa lactis ſcilicet mellis & vini optimi aromatici ĩ paradiſo eos hr̃e dixit Machomet9/ & angelos plĩmos viſuros. Nõ vero credẽtib9 Deo & ſibi Machometo: infernum: ac ſempiternũ interitũ cõminat9 eſt. Quibuſcũq; autẽ pctĩs hõ grauat9 exiſterit: ſi in fine moriturus deo crediderit & Machameto ſalu9 erit. Hũc pſeudo ꝓphetã Saraceni tenebris inuoluti/ ſpm̃ ꝓphetie ſup oẽs habuiſſe affirmant/ & decẽ angelos eũ cuſtodiſſe fatent'. Addẽtes etiã ꝙ añq̃m De9 cœlũ & terrã creauerit Nomen Machometi in dei cõſpectu aſtabat. Tandẽ Saraceni & Arabes arma ſumẽtes a natitate Criſti: Anno ſexcẽteſimo & viceſimo tercio ita Eraclii duces ſuparunt: vt hoĩem felicẽ primo: mox infeliciſſimũ reddiderint/ eorũ duce Machameto: qui cũ magnũ ſe dei ꝓphetã aſſereret & magicis artib9 Aſianos & Affricanos deludẽs: pplõs q̃mplẽs: noua a ſe religiõe inuẽta cõcitauit inbutos: vt paululũ affuerint: quin oĩno Impii nomẽ deliſſet Capta eñ Alexãdria multiſq; aliis Sirie & Cilicie vrbibus eius. Secta tunc indies inualeſcere videbatur: & videtur de pñti. nã tota ferme Aſia & Affrica magnaq; pars Erope Machometanis principib9 ſubiecta eſt. Ar. & quid de Turcis/ ſatin rem omnẽ elocutus es? Bal. non dum/ ſed ſpecta paululum. De Turcis alia eſt hiſtoria/ quãuis vnam et eandem legem ſimul ꝓfitentur. Fuerunt eñ Turci Scite ex hiis gentibus quas Alexandrũ Magnum intra Hiperboreos montes ferreis clauſiſſe conſtat rapugulis: quod multi tradunt ſcriptores: Et Beatus Iheronimus affirmat. Turci enim vt Ethicus tradit

Repudium eorum.

Furtum eorum

Circumciſio eorum.

Item de inicio & quadã virtute circũciſionis. habetur ĩ Spe. hiſt. Vin. li. I. c. centeſimo. et. 5. zc.

Spes et beatitudo eorum repoſita in Paradiſo

Infra de hoc.

Item de beatitudine que patrie conſeruatorib9 datur ac ceteris virtuoſis hoĩbus vide Macrobiũ ſup Somnio Scipionis li. I. circa mediũ. Nã ſole virtutes faciũt hoĩem beatũ ac nobilẽ/ opa ei illorũ ſequunt illos: nõ tamen Turcos quia extra fidem ſunt opera eorundem.

Pena non credentium et agonia eorum ſalutarum

Victoria Saracenorũ contra Eraclium

De Turcis et origine eorũ

Item de his Scitie gentib9 et eorũ in cõſuetis morib9 etiã aliarũ abhominatõibus. vide in Vin. li. I. c. 86. ptis prime. & ſingulari9. c. ſequenti ſcilicet. 87. et. 8.

Paradiſus locus eſt in orientis partibus: cuius vocabulũ ex greco in latinũ vertitur ortus. porro hebraice dicitur Eden. id eſt delicie. quod iterũq; iunctũ facit & ſignificat hortũ deliciarum. Eſt enim omni genere ligni & pomiferarũ arborũ ac vite ligno conſitus habens etiã lignũ ſcientie nõ ibi frigus nec eſtas ſed ꝑpetua temperies. De hoc vide in Vin. li. I. c. 63. partis prime.

Caucaſus mons eſt Jndie. de quo & aliis montibus. vide in Vin. li. 1. c. 84. et etiam a quibuſdam dicit Thaurus

Turcorũ Principes fortunatiores fuerũt ipſi ottomanorũ: de quorũ origine hiſtorici lacius ſcribunt

Cõuerſio Turcorũ ad legem Machometeã et potentia eorundẽ Et plus de reprobatõe eorundẽ. ĩfra.

philoſophus in Aſiatica Scitia vltra Pyritheos montes et Choia-
cuntas Inſulas contra aquilonis vbera ſedes patrias habuerunt.
Gens truculẽta & ignominoſa- cũctis ſtupris fornicaria: comedit
que ceteri abhuminant. Sic anno dñi ſeptingenteſimo & quinqua
geſimoquarto. Regnãte apud francos Pipino. Cancauſeas egreſſi
portas. Pontum: Capadociã tranſgreſſi- ad reliquas finitimas gen
tens ſenſim elapſi ſunt. Tantas autẽ vires habuit res Turcorũ- vt
ipſi & Saraceni pacem alia nulla ſimul hr̃e poterant ratione- q̃m
reſtituto regni Perſarum nomĩe. Verũ poſt multas illatas ĩnuicem
acceptas clades: pace facienda ita inter ipſos decretũ eſt: vt Turci
qui in Perſide habitabãt Saraceni appellarent. Machometeamq;
legẽ ſinguli ſeq̃rent. Inde ꝑcedẽti tpe nõ ſolũ Pontũ & Capedo-
ceam: verũetiã Galliciã: Bithimiã: Licoaniã: Peiſidiã: vtrãq; Frigi-
am: Panphiliam: Ciliciam: Cariam & omnẽ Aſiã que minor vocat
vltra citraq; thaurũ vſq; ad oras Ionie & Greci maris littora nunc
occupare vident. Que beſtialis ptãs Iuſto dei iudicio & peccatis
noſtris exigentibus. S. petri nauicule eccleſie noſtre inter has vn-
das & turbines fluctuanti venenoſiſſimũ piculoſiſſimũq; attulit
naufragiũ. Ar. Oĩa bene: dilucide ac diſertiſſime tu Balbe intuliſſes
ſi hoc vno nõ fuiſſes iniuriatus. Bal. quo? Ar. Ibi beſtialis poteſtas
Dico eñ tibi Balbe: ꝙ tantã apud eos reperi iuſticiã & diſcretionẽ
vt ſat admirari quis nequeat. Bal. ach ach ech: de hiis dñm Oliue-
rium audito: hic ſacramentũ rei apperiet. Ar. faxo: ſed etiã pau-
lulum hic Samuelem tu auſculta: qui etiã nõ modica credo de his
ꝯfitebitur. Bal. in dñi Oliuerii ſtat arbitrio: audiat ſi vult. Ar. licet
Bal. licet vel non. Ar. q̃mobrem? Bal. quia ſuſpect9- & hoc duplici
de cauſa. Ar. quomodo? Bal. exemplo dicam: Hebreus eſt. Ar.
quid tum? Hoſtis eſt et leo aduerſarius rugiens. Ar. Hec quor-
ſum? Balbe ignoro. Bal. ignoras? clarius tibi loquar. Ar. loque-
re liber. Bal. faxo. Nonne Machometus tuus matrem habuit He-
bream et Iſmahelitã? Ar. concedo. Bal. ita hebreicis placuit cõmi
miſceri legibus. Vltra plebs Iudea hebreaq; plaga ſingulari & Ia-
cob Patriarche vaticinio ceca & obumbrata- qui ſua inq̃t in ago-
nia. Non auferetur Ceptrum a Iuda & dux de femore eius donec
veniet qui mittendus eſt. Ar. quid vltra? Bal. et hic erit expectatio
gentium. Ar. o Samuel ibi tu tuum exerce ingeniũ- obmut9 qui-
dem ego: ad hoc quid reſpondeam ignoro. Sam. ſi datur licentia
fandi- que iuſta & ſacramentalia ſunt breui deducã. Bal. cui vnq̃m
licẽtia fandi denegatat? Sam. Neſcio q̃dẽ: loq tñ vereor. Oli. hui
loq̃tur liberaliter. Ar. Loquere- et ne cuiq̃m parcas obſecro. Sam.
Et ſi iudeo obtempanti datur loquendi facultas- que mentis ſunt

liberalius deducam.Haud ab re Arneſtes apoſtotauit: etiam ſalutarem Chriſti veſtri ſententiam ante ſecutus: fateor quidem ego noſtrũ delictum ipſo veſtro ſcilicet Chriſto a nobis crucifixo: ſed poſtea/verum dei adueniſſe Chriſtum ex eiuſdem Crucifixi ſentẽciis(quem vos antixp̃m dicitis) fateri palam non abhorreo. Bal. quem obſecro? Sam. Machometum/& hunc deſideratum & expectatum.Bal.quo fundamento præcor.Sam.preſto dicam:& ita dicam quaſi me Chriſtianum tu Balbe fore exiſtimes.Taceam tamen ꝓphetias Danielis quas me forſan ad nutum meũ velle flectere cogitares.Sed ecce Matheus euangeliſta veſter quid dicat auſcultate Capitulo viceſimo tercio inquiens: et Marcus tredecimo et Lucas viceſimoprimo.Videte ne quis vos ſeducat.Multi venient in nomine meo dicentes ego ſum Chriſtus/et multos ſeducẽt Audituri em̃ eſtis prelia & opiniões preliorũ:videte ne turbemini Oportet em̃ hec fieri/ſed nõ dum ſtatim finis. Cõſurget em̃ gens contra gentẽ/ & regnũ aduerſus regnũ & erunt peſtilẽtie & fames ac terremotus multi.Et ſic de Matheo et ali9 euãgeliſtarũ veſtrorũ ſi bene memini loco vno cõmemorat. Hiis autẽ fieri incipiẽtibus reſpicite & leuate capita vr̃a / qm̃ appropinq̃t redemptio veſtra. Hoc miſteriũ obticere nequiui.Ar. echodũ hoc Balbe? Bal.habeo eaq; dño.Oliuerio cõmitto.Oli.Samuel ipſe ꝓbet ꝓpoſita.Sam. fiat.oĩa em̃ p̃dicta euangelica pũcta dudũ videnť eſſe cõpleta: vt rerũ hiſtoriis clari9 cõtineť. quidã em̃ ſurgentes Simon Ariſtodimus ſcilicet:Hermogenes:Zaroes & Arphaxat magi/dei amicos ſe ſe profitẽtes/Iohannĩ et Iacobo filiis zebedei/fratribus aliiſq; electis quot moleſtias intulere? Id quoq; alii et hiis conſimiles q̃m plures fecerunt. Ad prelia autem et ſeditiões populorũ multe hiſtorie Regum Principũ clareſcũt. De Gentiũ vero & Regnorũ ac ſignorũ tã cœleſtiũ q̃m terreſtriũ ꝑturbatõib9 actũ qd ſit/ſup̃ vos Balbũ audiuiſſe nõ ambigo.Sed hoc vnũ adduco neceſſariũ ſcilicet Cõſurget gens cõtra gentẽ & regnũ aduerſus regnũ vt ſup̃ zc. Nõne id impletũ eſt & p̃teriit? quis em̃ tantas diſcenſiões hoĩm & bellorũ diſturbia vnq̃m audiuerit q̃m añ & machometi tp̃e? Nõne cõmotões ĩ orbe vniuerſo fuere? Primo em̃ & añ Machometi tp̃a ab Aq̃lone om̃e malũ egreſſũ eſt/totãq; Eropã repentino impetu flama & ferro Gottorũ Scitarũq; gentib9 fuiſſe euerſam: cõſtat et vaſtatã/et hoc ſub Honorio Imp̃atore & paulo ſuis ſeq̃tib9 actũ dinoſcitur.Nonne etiã eccleſia tunc relicta fuit vidua(quod maximum ſignum antixp̃i dicitis) quando Theodericus Aſtrogottorum rex Arrianorum labe infectus Iohãnem eius nominis primum Pontificem Romanũ in carcerẽ cõiecit/petiit ipſe Pontifex

Opinio antichriſtum preteriſſe.

Prelia et ſeditiones populorum.

De hiis preliis & ſeditionib9 vide euangeliſtam Lucam capitulo viceſimoprimo. ibi Et hieruſalem calcabitur a gentibus.

Secta Arrianorũ fuit Tripartita. vt in libro Vincẽ. 24.ca.10.partis ſecunde

in eodem. Sĩlia quoqꝫ & longe deteriora ac in humana variis termentis Chriſti confeſſorib9 illatis Wandalorũ regibus Genſerico ſcilicet & filio ſuo Honorico & aliis eorundẽ ſucceſſorib9 in tota pene Aphrica & ipſa vrbe Chartagine in toti9 Affricane Eccleſie ſubuerſionẽ agẽtib9 Num eccleſia vr̃a Romana tũc fuit viduata? Antixp̃iqꝫ aduentus inſtabat? et ſupremũ ſacrificiũ ſcilicet Pontificale ablatũ An nõ hec indicia fuerũt priora? Cœleſtia ſigna ſeq̃ntia: ac alia ꝓximiora antecedẽtia? et hec de Eropa et Aphrica. In Aſia vero Eraclii tp̄e Impatoris, & Coſtrœ Regis Peſarũ cõmotiones populorũ que fuerint, haud ignorat̃. Inde Machomet9 q̄d egerit noſtra reſtat diſputatio. Et quia eiuſdẽ Machometi tã lõge late & hucuſqꝫ durauit religio: & gentis Tartarorum q̃m Gog et Magog appellatã cognoſcim9: ac Turcorum (quos intra & vltra Pirritheos montes Alexandrũ Macedonẽ cõcluſiſſe dicit̃) Ante eoſdẽ Tartaros vis & ptãs tm̃ valuit, ꝓut valet & de p̄ſenti, Nũc cogitandũ, quid ipſa valeat opinio vos dñi mei penſate. Ar. O mi præceptor Samuel recte locutus tu. Bal. hui rectiſſime. Ar. irrides Balbe? Bal. maxime. Ar. quãobrem? Bal. ꝙ hodie præceptorẽ appellas cuius diſcipulus eſſe dudũ verebaris. Ar. haud vereor. Bal. ergo hebreus tu? Ar. quid tum. Bal. bene, Chriſtian9 fuiſti. Turc9 effectus es: et Iudeus morieris. Num tu monſtrum in natura? ita animi es homo incõſtantiſſimi. Oli. Eia ſat eſt. tu Samuel auſculta legiſti in Danielẽ in. c. viii. ix. x. xi. xii. ac etiã Apocalipſim Iohãnis: Sam. legi. Oli. et draconem ꝓiectum beſtiãqꝫ aſcendentẽ de mari? Phiolas etiã fuſas? Sam. ſic. Oli. his habes que geſta ſunt & vſqꝫ in nouiſſima fient. Sunt enĩ ibi fidei Sigilla & omniũ ſignificandorũ Secreta et Sacramẽta: vti potiſſimũ. c. xii. libri appocalipſis eiuſdem et p̄cedentib9 ac ſequẽtib9 p totum. ſcilicet de Meretrice Babilone et de hiſdem que oportet fieri cito & p tempus & tempa & dimidiũ tempis. Etiã inde & nouiſſimo de Nuptiarũ Agni Beatitudine conſiderandum quid ſit, de quibus loqui plus diuinũ q̃m humanum eſt. Ar. loquere mi pater. quis te inq̃m melius quidq̃m ꝓfitebitur? Nobis ergo rem gratioſam facere curato. Oli. facerẽ Arneſtes, ſed hora non patitur. Cenabimus nos, tu et Samuel abeuntes craſtina reuertimini ad horã. Sam. orſus reuertemur. Ru. Dñe & frater mi hebreum illum vereor abeuntem. Oli. Samuelẽ? Ru. ita, eum ipſum: miror enim ipſius eloquentiã & latini eloquii cognitõem copioſam. Oli. ergo Rabi eſt. Ru. eo plus timeo: nil vereris tu frater? Oli. egon? Ru. tu inquam. Oli. minime gentium. habeo hebreos mihi pios et gratioſos. Ru. quos? Oli. Ieronimũ: Nicolaũ de Lira: et Petrũ Alphonſum Iudeũ natum: qui me cõtra

De his patet in Vin. li. 16. c. 9 partis ſecũde.

❡Nota Eccleſia & ipſa Vrbs Roma. triplici virga fuit plagata & quarta expectat̃ dem ptis vaſtatõnibus gottorum. Primo a quodam Conſtante Nepote Eraclii Impatore Cõſtantinopolitano: vt in libro Cronicarũ lacius edocetur. Secũdo fuit plagata Roma a quodam Soldane Babilonie minoris. Anno dñi octingenteſimo & ſeptio tp̄e Gregorii pape quarti. Tercio moleſtata fuit p Fridericũ primũ Barba Roſſa cognomĩe. Quarta virga expectat̃ a quodã Rege Romano ad correctõem Cleri reſeruata Iudicio dei. Sed tñ ipſa Petri nauicula ſepius agitata in ꝑpetuũ penitus nõ ſubmerget̃, quia porte inferi nõ preualebũt aduerſus eam ſcilicet eccleſiã Ro. nõ vrbẽ.

Sacramenta ſignificandorum.

De hiis in Apocalipſi. ca. 19. et. ca. 20. eiuſdẽ quoniã vere Antixp̃s futurus eſt zc. hoc etiã ex Daniele ꝓbat̃ dicente c. xi. in fine inter cetera. Cum dicit Et p9quã creuerint iniq̄tates Cõſurget rex impudicus facie intelligẽs ꝓpoſitiones et roborabitur fortitudo eius zc. Et de hiis etiam vide Iſaiam. 24. c. p totũ. Et Ezechielẽ. c. 9. de ſex viris Aquilonis aſportãtibus vaſa interitus.

ſtum Samuelem piclitare nō ſinent. Ru. vtinā. Oli. ne cures frater: vos dn̄i Balbe & Triphon bene & luculēter rem oēm tractaſtis, & breuiter ac ꝓfunde: vt ne quid minus. Tri. ſed ꝓfundiorem ipſo Arneſte multo eſſe credo Samuelē. Oli. cui dubium, ꝑ nūc Sinagoge hebreorum rabi eſt: ſed eadem potiſſimū pfectiores nō ambigo & doctiores quos mihi auxilio fore futuros nō heſito: vt ſup̄ cōmemoratus ſum. Bal. Optime dn̄e Oliueri: his valete: craſtina reuertemur. Oli. nec quāq̄m ſed manebimus Cenantes in ſimul. Ru. obtemperandū eſt. Bal. fiat tamen craſtinum onus, vos domine Oliueri portabitis. Oli. feram quod poſſum. At tamē animoſi ſitis dixi ſupra ſi quid reſiduum fuerit ipſe agrediar.

¶ Drama Septimum

| | |
|---|---|
| Arneſtes apoſtota | Samuel Iudeus |

Ar. O Rabi Samuel qūo, peccaui ne? Sam. quāobrē? Ar. quia Balbum cōmoui, qn̄ te præceptorē appellarā. Sam. nō peccaſti, ſentient enim qui vir ſim. & q̄muiꝭ Hiſtorici ſint omnes, tamen noſtra propoſita difficulter reſoluent. Ar. Putan? Sam. optime: pupugi eos vt quid reſpondeant ignorent. Ar. niſi, dominus Oliuerius aliquid inueniet de reliquis actum eſt illico. Sam. probe ſentis Oliuerius grauis eſt: & ꝓfundus ſentenciis: tamen hominem vereor nuſquā. Ar. et ego quid: bene egi vel ne? Sam. quomō? eloquere, ſoli ſumus modo neminē offendentes. Ar. felicius ne me Turcum an Chriſtianū? Sam. Chriſtianū arbitror. Ar. Chriſtianū? cur tunc tantum tu ſupra inſultaras? Sam. quia legis noſtre zelator exiſto: tamē ſepius corde quid cogitem tatio. Ar. o me miſerū, quid feci? iam tue cōfiſus pſtantie rem omnē eſſe ſaluam & inſolubilē credebam: nunc heſito ꝑ totū, inde facturus quid ſim nō ambigo. Sam. quid? Ar. reconciliatōis grām petiturus. Sam. eia conſtās eſto tu Arneſtes, ꝓbaui te primū: craſtina audies rei qd fiet: nunc animū exhilerato tuū: ac frōtis meſticiā remoue animatꝰ. Ar. faxo quod placet. Sam. probe, edas, comedas, id quoq; ego faciam lubens et promptus.

¶ Drama Octauum.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Oliuerius Doctor | Rudolphus Laicus | Triphon Phiſicus | Balbus Hiſtoricus |

Oli. Reſponſurus preterea opinionibus Rabi Samuelis, qūo rem agrediar dn̄i mei conſulite. Tri. conſultu quid opus? ſcitis enim Domine Oliuerii in re faciendum quid fiet? vtilius tamen exiſtimo primitꝰ Samueli fore reſpōdendū, quo redarguto & deuicto:

Zelator

Duplex eſt zelus ſcilicet. diſcretus & indiſcretꝰ. Diſcretus eni zelator eſt qui motus ſola virtute nulla inuidia ꝓxi mū corripit, fidem defendit, & miſeros tuetur. hmōi zelatores fuerūt Iudas Machabeus & filii eius. Conſtantinus Impator. Karolus magnus. p̄ncipes iuſticie & q̄mplures ¶ Zelus indiſcretus eſt q̄ndo quis plus inuidia motus quā virtute ſub tali tn̄ & falſo colore vitioſos corripit īmoderate: vt ipſi phariſei male zelabant ꝑ ſabbati obſuatōne qn̄ ex inuidia xp̄m arguebāt egrotos curantē. Math. xii. et Luce. 14. c. Sic etiam Saulus tunc malus zelator legis extitit qn̄ epiſtolas acceperat a hieroſolimitanis principibꝰ xp̄ianos pſeq̄ndum. Actuū .8. & .26. c.

Arneſtes de facili reconciliãdus erit. Bal. Triphonis pater Oliueri
approbo ſententiam. Oli. ſic quidem faciẽdum eſt: at tamen qũo?
aut qua via? Ru. ſcio ego. Arneſtes quãuis mlta viderit audieritqꝫ
omnẽ ſpem tamen & fiduciã in Samuelem ponere videtur. Igitur
Samuele deuicto de Arneſte actũ eſt illico. Oli. orſus hora iam eſt
eos huc intro tu Rudolphe conducito/ fac vt veniant preſto. Ru.
eo/ ſpectate paululum. Bal. fiat. O. mi dñe Oliuerii vera ne ſunt de
Tartaris q̃ Arneſtes retulit oĩa? Oli. vera quidẽ/ & nec totũ ꝓfeſ-
ſus eſt. Bal. multarũ gẽtium hiſtorias inſpexi/ parum tñ inueni/ de
eiſdẽ: ſed que omiſit Arneſtes obſecro? Oli. multas cõfiſas inuicẽ
& amicabiles Tartarorũ principũ cum noſtris ſcilicet Francie Re-
gibus & Principibꝰ practicationes obmiſit. Tri. modicum pater
iam inter nos referto. Oli. faxo. Arneſtem tñ mallem eſſe p̄ſentem.
Tri. aſſunt ipſe et Samuel: ecce pulſantes/ eis aperietur. Oli. fiet.
Bal. factum eſt.

## ¶ Drama Nonum.

Oliuerius Arneſtes Samuel Triphon Balbus Rudolphꝰ
Doctor apoſtota Rabi Phiſicus Hiſtoricꝰ Laicus

Oli. Arneſtes mi et tu Samuel veſtris iam iam reſpondere iuſtum
foret opinionibus/ ſed aliud ex tempe euenit/ quod referã rogatꝰ:

Plura de Tartaris et opi-
nio eos effectos Chriſtia-
nos.

vbi ex optato te petiui p̄ſentẽ. Ar. quid? Oli. de Tartaris: Triphon
& Balbus me ſolicitant. Ar. loquere mi pater. Oli. ſciſſitantibꝰ vo-
bis domini mei vt que breuitatis cauſa Arneſtes ſupra obmiſerit
de Tartaris recitando iam in p̄ſentiarũ referam/ cognitũ ſit & cõ-
pertũ credite: ꝙ paulo affuerit qm̃ maiores Tartarorũ principes
& Barones et etiã ipſe Cham boni effecti fuerint xp̄iani. Bal. Au-

Tranſitus Marinus Lu-
douici Regis Francorum

diemus etiam hec pater. Oli. legitur in tranſitu Marino Ludouici
Regis Francorũ/ qui inde ꝓpter ſua magnifica geſta Canoniſatꝰ
eſt & ſanctificatus: ꝙ Anno dñi Mileſimo ducẽteſimo & quinqua-
geſimo/ omĩ potentiſſimo Arrogãtiſſimoqꝫ Principe Impetatore
Friderico ſcd'o ab Impiali dignitate depoſito & penitus extincto:
Luduicus Francorũ Rex prepotentiſſimus xp̄ianiſſimuſqꝫ contra
puidiſſimos Saracenos zelum religionis indués iter tranſmarinũ
agreſſus eſt. Cuĩ Ludouico magnis Chriſtianorum exercitibus in
Cipro Inſula hinc inde latitanti. Tartarorum legatio miſſa eſt: &

Miſſa legatio Tartarorũ
ad regem Ludouicũ Fran-
corum.

multis cõmiſſis eorum expoſitis hec inter alia ipſi Tartari referre
ſolebant: ſcilicet ꝙ magnus Rex Tartarorũ qui dicit Cham/ circa
tres annos a die Epiphanie cõpletos factus fuerat Chriſtianus: &
tam ipſe q̃m alii Magnates plurimi: & maxima pars populi & ex-
ercitus eorũ ſacrum baptiſma receperũt. Etiã ille princeps (dẽpto
Cham) iter eos potẽtiſſimꝰ noĩe Erchaltaii Principatũ Baiothoni

tenens/ Chriſtian9 fuerat effectus. Venitq; idẽ Tartarus Princeps Erchaltai maxĩa cũ bellatorũ Tartarorũ multitudĩe/ alia parte Saracenorũ nr̃is principib9 auxilia Cham/ Iuſſu dñi ſui latur9 miſit & lr̃as ꝑlibato Regi Ludouico/ quas Rex in latinum Iubens trãſferri/ & earundẽ ſue Matri Blanche in Franciã miſit tranſſumptũ. Cuius tranſſumpti tenor habet & eſt talis. Ru. dic amabo frater. Oli. dicam & Copiã de verbo ad verbum legam. Per potentiã dei Excelſi miſſa a Rege terre Cham verba Erchaltai: Regi magno ꝓuinciarum multarũ ſtrenuo orbis gladio: Chriſtianitatis victorie Religionis apl̃ice defenſori: Legis euãgelice filio Regi Frãcorum. Augeat deus dominiũ ſuũ: et conſuet ei regnum annis plurimis/ et impleat voluntates ſuas in lege & in mundo nunc & in futurũ per veritatẽ diuine cõductricis hoĩm & oĩm ꝓphetarum ac apl̃orum Amen/ centum milia ſalutum & bñdictionũ. Ex hoc rogo q; Rex accipiat ſalutatões iſtas vt ſint grandes apd ipm: faciat aũt Deus vt videam hunc Regem magnificũ qui applicuit. Cereator aũt excelſus faciat occurſum nr̃m in caritate: & facere faciat vt cõgregemur in vnum. Poſt hanc ſalutatõem nouerit Rex: q; in hac epl̃a nõ eſt intentio noſtra/ niſi vtilitas xp̃ianitatis: & corroboratio man9 Regum Chriſtianorũ dño concedẽte: & peto a deo vt det victoriã exercitib9 Regũ xp̃ianitatis/ vt triumphet de aduerſariis Crucem contẽnentib9. Ex parte autẽ Regis ſublimis/ ſublimet eum Deus videlicet de p̃ntia Erchaltai/ augeat Deus magnificẽtiã ſuã. Venimus eñ cum ptãte & mandato vt omẽs Chriſtiani ſint liberi a ſeruitute & tributo & angaria pedagiis & cõſĩlibus: & ſint in honore & reuerẽtia: et null9 tangat poſſeſſiões eorũ: et eccleſie deſtructe reediſicent. pulſentur tabule: & nõ audeat aliquis ꝓhibere vt orẽt corde quieto & libẽti: ꝓ regno noſtro. Iſta autẽ hora adhuc venimus ꝓ vtilitate xp̃ianorũ & Cuſtodia: dante deo excelſo: Miſim9 autẽ hunc ꝑ fidelẽ nr̃m virũ veneribilẽ Sabeldini Monfat: Dauid & Marchũ: vt annũciẽt iſtos bonos rumores & q̃ circa nos ſunt ore ad os denuncient. Filius autẽ recipiat verba eorũ & credat eis & lr̃is ſuis. Rex terre Cham augeat magnificentia ſua: Ita precepit q; in lege dei nõ ſit differentia inter latinũ & Grecũ: Armenicũ: Neſtoricũ & Iacobitã: & omẽs qui adorent Crucẽ. Et ſic petimus vt Rex magnificus nõ diuidat inter ipſos: ſed ſit ei pietas ſup omẽs Chriſtianos duretq; eius pietas & clementia. Datum in fine Marcharam & erit bonum altiſſimo concedẽte. Et hoc exemplar epl̃e Erchaltai Regi Ludouico trãſmiſiſſe in Ciprum Inſulã. Cuius exemplare & alia veriſĩlia habẽtur in libello tranſitus regis ꝑlibati: & multe reſponſiões hincinde ac munera ab vtroq; tranſmiſſa. Sed

Epiſtola Erchaltai Principis Tartarorum ad Regem Ludouicum.

Recitatio Conneſtabula-
rii Armenie de Tartaris.

De Occiſis a Tartaris

Terra Trium Regum.

Conuerſio Tartarorũ ad
fidem leuis tamen & falſa

inter cetera tanta fuit Tartarorum lata poteſtas, ꝙ de eiſdẽ quon-
dam & tunc temporis (vt ſupra tractatum eſt) Conneſtabularius
Armenie ad Regem Cipri inter cetera verba hec cõmemorans ait.
Noueritis & ꝙ ad iter agendum ꝓ deo & vtilitate Chriſtianitatis
me expoſui: ſic Chriſtus ieſus vſq; ad villã que vocatur Santequãt
nos conduxit. multas quidem terras videntes Indiam retro dimi-
ſimus & tranſiuimus Bandac, totamq; terrã eius duobus arrepti
itineris menſibus Ciuitates plurimas vidimus deſertas & a Tarta
ris vaſtatas: vidimus etiã aliquas villas magnas trium itinere die-
rum: & pluſquã centũmilia Aggeres magnos & mirabiles oſſium
a Tartaris interfectorum. Demum octo menſes die noctuq; am-
bulauimus et tunc dicebatur nobis nos eſſe in medio terre Cham
maxime Tartarorũ. Intelleximus etiam quando mortuus fuerat
Cham ꝙ vix in quinquẽnio Principes et magnati eorum ad electi-
onem Coronatõemq; eiuſdem ad ſtatutam quiuerant dietam con
gregari. Quidam enim erant in India. alii in Tatha. alii in Buſtia: &
alii in terra de Taſtat et Dentãgat, hec eſt terra trium Regũ ado-
rare Chriſtum in Bethleem venientiũ: ꝙ ibidem rerum expergẽtia
edocere videtur. Plus ſcribit Conneſtabularius, ego quidẽ inqui-
ens, ipſe fui in eccleſiis eorum videns Ieſum Chriſtum ibidem de-
pictum Tres quoq; Reges munera offerẽtes. Per illos itaq; reges
habuerũt illi fidem, & his inſpirati Cham Baroneſq; ſui ita effecti
fuerunt Chriſtiani. Vnde et ante portas habent eccleſias: pulſant
campanas & Tabellas percutiunt. Ita ꝙ euntes ad dominũ ſuum
Cham Primũ oportet ire ad eccleſiã Criſtum regem ſalutare: Inde
Cham Principi Maximo deſuire. de his o Balbe & Thriphon hec
pauca modo ſufficiant. Bal. Verba Arneſtes de hiſdem bñ domine
Oliueri approbaſtis, Niſi ꝙ Religione eorundẽ vos inuicem dif-
fertis. Tri. quid tum? Aut ſpiritus torrens tunc eos inceſſit: Aut
verius vt ſimulata Religione ꝑ noſtra auxilia ipſis tunc ferenda: &
Saracenos ita ſubicere & inde tanquã re omni fatigatos ſuo nos
dominio, ipſi parere ſic velle cogere videbantur. Ar. Ita Triphon
rem ſane intelligis: ego quidẽ parum Religionis reperi apud eoſ-
dem, tamen tempꝑa mutantur & nos mutamur in illis: his equidẽ
bene ſiſia me apud eoſdem audiſſe recordor: ſed nunc tranſeãt ad
priora reuertamur. Quare præceptor mi dñe Oliueri ecce Samue
lem, nos queſo ſuſcipe cõmendatos. Oli. ea inquã ſuſcipiam vos
lege cõmendatos ꝙ parum vel nihil triumphi vos penitus obti-
nuiſſe ambo videamini. Ar. Eia bona verba queſo pater mi. Oli.
hui optima: tantum auſcultate. Tu Samuel multas euangelicas
ſententias iam ſupra cõmemoratus es: quibus reſpondere nõ tam

¶Nota. ꝙ fu
rientib⁹ Tar
taris tantus
ſanguis xp̄ia
norũ & alio-
rum effuſus
fuitq; terror
omnes Ori-
entales affe-
cit vt etiam
ipſi docti tẽ-
pora ipſa ad
mũdi conſu-
mationẽ ſu-
ſpecta hñt
ꝑſertim quia
ipſi Tartari
Gog et Ma-
gog appelle
bãtur. & tũc
ſolẽniſſimus
quidam do-
ctor ordinis
predicatorũ
homies nos
occidentaleſ
ſuis ſermoni
bus ad futu-
rum diſtricti
Iudicis. Iu-
diciũ auidiſ-
ſime ꝓparari
inſtigabat.
Hec legi in
Spe. Vin. ſed
locum tradi
di obliuioni

graue/ q̄m longum & ceteris hic noſtris viris preſtantibus mole/
ſtum eſt & tedioſum: Euangeliſta enim Chriſti Iohannes ſecretari
us Cœleſtis in Appocalipſi per totum omnia hec clariſſime & di/
uinitus elocutus eſt/vt illis( quibus ſigilla apperiendi datur liber
tas) latiſſimus & ſuauis pateat intellectus. Sed raro imo rariſſime
dignus ad aperiendum inuenitur/niſi ſanguinis Agni immaculati
rore aſperſus: quare dicitur qui habet aures audiendi audiat quid
ſpiritus dicat eccleſiis. Sed tu Samuel quomō? verba vite eloqui
potes/qui vitam audiſti et vidiſti nuſquā? Vite enim Auctor do/
minus noſter Ieſus Chriſtus mihi teſtis eſt inquiens. Cum cecus ce
cum ducit nōne ambo in foueam cadunt? ſic tibi & coetaneo tuo
Arneſte eueniſſe cernimus. Vt autem cecus comproberis corde
quam fidem teneas vti optimam/ & eius precepta ſequaris/nobis
dic amabo/ vt rei euentum lacius comprobemus. Sam. Hebreo/
rum. Oli. Priſcorum vel modernorum? Sam. vtrorumq;. Oli. bene
tunc ex ore tuo non heſito cōdemnaberis. Ar. minime gentium.
Oli. fiet. Ru. faxit hoc Deus. Oli. fiet/ ne heſites frater. Sam. expe
cto: tamen vos omnes loqui non ſinam. Oli. ne curato ſolus ipſe
loquar. Tu Samuel domini noſtri Saluatoris verba & ſententias
obieciſti: ego vero tui et noſtri Salomonis prophetias in lucē de/
ducere nō erubeſcam: ſic vt ore tuo apertis oculis/ tu & coetanei
tui omnino eſſe ceci vos omnes cōprobemini. Contumelias eñ
veſtras & iniurias Chriſto ſaluatori noſtro illatas a peruidiſſimis
vobis dudum ante noueritis vos Iudei predictas: librum lege Sa/
pientie: vbi propheta inquit. Dixerunt impii Iudei ad ſemetipſos.
Venite circūueniemus iuſtum/ quoniā inutilis eſt nobis & contra
rius operibus noſtris: & improperat nobis peccata legis: & diffa
mat in nobis peccata diſcipline noſtre. Promittit ſe ſcientiam dei
habere: & filium dei ſe nominat. Factus eſt nobis in contradi/
ctionem cogitationū noſtrarum animarū: grauis eſt nobis etiam
ad videndum/ quoniā diſſimilis eſt aliis vita illius & inminute vie
eius: tanquā nugaces eſtimati ſumus ab illo/ & abſtinet ſe a viis
noſtris tanquā a inmundiciis/& prefert nouiſſima iuſtorū & glo/
riatur patrem ſe habere Deum. Sam. quid tum? Oli. auſculta/vl/
tra procedit ꝓpheta ad veſtras nequitias in perſona veſtrorū ſic
inquiens vti vos conſuluiſtis: ſcilicet/videamus ergo ſi ſermones
illius veri ſint: & tentemus que ventura ſint illi/ & ſciemꝰ que erūt
nouiſſima illius: ſi enim verus eſt dei filius/ſuſcipiet eum de mani/
bus contrariorū. Contumelia & tormento interrogemus eum vt
ſciamus reuerentiam illius & probemus pacientiam eius/ morte
turpiſſima cōdemnemus eum. Erit enim reſpectus ex ſermonibꝰ

De hac difficultate librū hūc aperiendi. reſpice Jeronimū in Epiſtola ad Paulinū ſuper ꝓlogum biblie. 5. c. in medio quoniā hic liber ſignatus eſt nec aperiri poteſt niſi gratia eiuſdē qui habet clauē Dauid q aperit & nemo claudit: claudit et nemo aperit &c.

Reſponſio Oliuerii cōtra Samuelem

Prophetia et Vaticinium dominice paſſionis

De huiuſmodi prophetiis vel his quodāmodo correſpondenti/bus. vide etiā Jſaiā. 50. c. Et Zachariā. 11. ca.

Id ore ꝓphetico tangit beatus Ieronimus in ꝓlogo ſuꝑ li. Paralipominon. ſentit ibi dicēs. Ex Egipto vocaui filiū meū. Et quoniā nazareus vocabitur: & videbunt in quem cōpunxerunt.

illius hec(dicit propheta)cogitauerunt, et errauerunt, excecauit enim illos malicia eorum, & neſcierunt ſacramenta dei neq; mercedem ſperauerunt iuſticie, nec iudicauerunt honorem animarũ ſuarum. Hic habes tu Samuel et Iſaye. c. 53. ac inde. 62. ꝓphetarũ vaticinium, & iniquum omniũ virorum iudicium. De aliis autem fidei Sacramentis plena eſt ſcriptura verbis & ſententiis. Manifeſta enim ſunt, & ſole nobis clariora, diuina illa magni Patriarche Iacob duodecim filiorum teſtamenta: ſcilicet de Chriſti incarnatione: Paſſione: & redemptione: vti in Speculo Vincencii libro primo. c. Et. 25. in fine. Pariter manifeſtũ eſt vaticinium Eſdre de reiectione Iſrael & gentium ſuſceptione. vt li. 3. Vincencii. c. 49. ibi reſpicias Sacramentorũ veritatem & veſtram ſtulticiam inanem ac manifeſtam penſato, quã etiam ſpecialiter ſenſit diuinus ille propheta Moyſes Deutronomii. 31. c. in verbo. Noui enim ꝙ p9 mortem meam inique agetis. Ibi. Tu Samuel reſpice per totum & inuenies mala tua in extremo tempore. Hiis pariter & bene ſimilia eloquitur Cœleſtis ꝓpheta ipſe Daniel ſcilicet de Chriſto occidendo & hoſtia deficiente ac temporali euerſione hieruſalem. vt patet in c. ſuo. x. in fine. Sam. domine Oliueri fauorabiles noſtrarum litterarum vos habetis interpretes. Oli. veros habemus & ꝙ maius eſt veſtros natiuos homines. Rabi & doctiſſimos: ſcilicet Nicolaũ de lira: Petrũ Alfonſum in Iudaiſmo antea Moyſes vocitatũ: & alios q̃mplures: qui anteceſſorũ veſtrorũ malicias, & alteratas atq; peruerſas doctrinas: abhominabilesq; fidei opiniones conſiderantes noſtre fidei Sacramenta & Religionis Chriſtiane Archana: dei grã aſſecuti ſunt. Sam. quas opiniones ipſi conſiderarũt iniquas & peruerſas? Nunc omnia veſtra ex ꝓphetis & obſeruãciis noſtris vos ipſi ſuſcepiſtis? que ergo indiſcretio vel ſuſceptorũ beneficiorum ingratitudo veſtrorũ mentẽ inceſſerit eloquere palam, vt illate iniurie merito a me ſenties repulſam. Oli. hui hui bona verba: pupugi hominẽ? ſunt hec inicia, maiora adhuc ſequentur: que audies etiã inuitus: tamen non niſi ratione & vero plerũq; Iudicio cõprobata. linguam ergo coerce & animũ exhillerato. Sam: orſus, parebo licet inuitus. Oli. Eia paciẽtiam habe ac modicum auſculta vt ſenties qui vir ſis. Sam. bonus. Oli. imo optimus. Ar. heus tu Rudolphe. Oliuerium placare ne vicino hic Samueli ita illudet. Ru. Eia frater ad rem redi quiete, ne hominẽ tantũ exerceas. Oli. fiat: Ecce tu Samuel ita clare non meis ſed aliorum doctorũ & preſertim Petri Alphonſi verbis tibi loquar: vt rem omnẽ ſuauiſſime intelliges. Et primo de ꝓphetis & doctoribus legis: & errore circa intellectũ eiuſdem. Sam. audiam. Oli. bene. Concedo equidẽ ego

Teſtamenta filiorum Iacob de Saluatore Chriſto ad litteram

Reiectio Iſrael ſm carnem ſed nõ ſm repromiſſionẽ quia nos repromiſſiõis filii. Ita & libere. vt ad Rom̃ caplõ nono ꝑ totum

Error Iudeorum ad legis intellectum.

Moyſen verum prophetam vobis fideliter nunciaſſe omnia dei nomine prophetata:& miſſum fuiſſe ab eodem:omnes etiam poſt eum prophetas pro lege eadem veniſſe confirmanda. Nam eadem lex a noſtris ( quibus fidem habemus ) doctoribus eſt tranſlata/ & apud nos ſcripta habetur:& nunc quidem recto ſenſu prout debemus eius fidem conſeruamus: ac per rectiſſimas eiuſdem ſemitas recto greſſu ꝓcedimus. Videmus autem vos Iudeos legis cultores/ ſolam eius ſuperficiem attendere/ litteramq; non ſpiritaliter ſed carnaliter exponere: & ideo ab eius recta intentiōe alienos exiſtere/ maxime deceptos errore explanationis eiuſdem. Nam reminiſceris o Samuel doctorum tuorum qui doctrinam ( cui tota lex ipſa ſm vos innititur)ſcripſerunt/Deum habere corpus & formam aſſeuerantes/ eius ineffabili maieſtati talia applicando / que & nephas eſt credere & abſurdum audire: que non niſi verba puerorum ſunt in ſcolis iocantium. Item iuxta intellectus veſtri capacitatem dum legem explanatis/ vos eo modo quo fieri nequit/ veſtram captiuitatem euaſuros ſperatis:Iterum a deo: vos illđ inuſitatum vobis fieri ſperatis miraculum/ ſcilicet in captiuitatis vr̄e euaſione / ꝙ Deus veſtros mortuos reſuſcitaturus ſit/ qui terras denuo ſicut & prius incipient inhabitare:& hec veſtra ad legis intellectum abſurdiſſima ſunt cōmenta. Et hec de errore veſtro contra legis intellectum . Nunc de pari errore contra diuinitatis ſimplicitatem/tu Samuel lacius auſculta:quomodo videlicet doctores tui in parte prima doctrine veſtre benedictōes nuncupate Deum caput habere dicitis & brachia: ac in Cæſarie vnā pixidem corrigia ligatam geſtare/ipſiuſq; corrigie nodum a poſtera parte capitis ſub cerebro firmatū: Iuxta pixidem vero quattuor eſſe chartas Iudeorum laudes continentes. In ſummo ſiniſtri brachii aliam geſtare pixidem ſimili modo ligatam aſſerunt/ibiq; cartam eſſe omnes predictas laudes continentem . Et de pixide quidem quā cæſarie geſtat/ ac de corrigia trahunt ſibi auctoritatē ab Eſaia dicente. Iurauit dominus in dextera ſua et in brachio fortitudinis ſue : per brachia enim fortitudinis ſiniſtram intelligi volunt qua virtus illa pixidis contineri videtur. Ego quidem reminiſcor illum me perlegiſſe locum ſed parū vobis in hoc poſſe patrocinari hic locus dinoſcitur. Cum enim lex perhibet Deum Moyſi dixiſſe ſcilicet ip̄m ſua poſteriora viſurum: et quia Deum poſſe mentiri non conſtat: Ita poſtea licet ſcriptura tacente non dubitemus factum : nuſquā tamen lex meminit/ ꝙ Moyſes in eius poſterioribus aliquid viderit: qualiter igitur eum ibi nodum corrigie ( ꝙ abſq; riſu vix dici

Item de legibus eorū a Moyſe traditis. in Spe. Vin. li. z. c. z6. & p̄cedentib9 ac ſequētibus partis prime & etiā ſpecialiter habent traditiōes p̄ceptorū. x. & aliorū multorū Exo. c. zo. & ſequentibus.

Initiū Confuſiōis iudeorū

Beatitudo & ſpes eorum repoſita.

Error eorum contra diuinitatis ſimplicitatem.

De clara cognitōe dei multis etiā p̄ſumptuoſis lr̄atis incognita. & mūdi creatōe ac formatiōe rerū ꝑpulcra. li. Vin. z5. c. 1. z5. et ſequentibus partis tercie. ¶ Item ianua contēplatōis homini aperit̄ qn̄ hō ipſe ſe ſua ratōe ducēte ad ſe ip̄m cognoſcendū ingredit̄. vt libro eiuſdē. z6. ca. 68. ꝑtis tercie. Et inde de aſcenſu in montē dn̄i. infra li. z7. ca. 78. diuiniſſima ibi miſteria.

¶ Item inuiſibilis eſt deus: vt Exo. 32. orāte ad deū Moyſe vt ſibi gloriā ſuā oſtenderet Deus rn̄dit nō poteris videre faciem meā: nō enim videbit me hō & viuet & multa capitula eodem.

¶ Videre non carnaliter/ſed cōtemplari poſſumus Deū et ipſa cœleſtia illuſtrati gratia eiuſdē & religioſe ſcilicet relicta patria terreſtri & parentibus: ſiue fratrib9 & facultatibus noſtris in terrā religionis nobis a deo moſtratā id eſt ip̄am cōtemplationē diuinā ingreſſi: quare abrahā de terra & cognatōe ſua egrediēs in terrā ſibi diuinitus monſtratā ꝓfectus vidit angelū dei. Geñ. 15. c. Iohāni ſolitario & a mundana conſolatōe ſegregato ſecreta ipſa Cœleſtia reuelata ſunt/ nō diſcurrētes & vagabundi & īquieti corꝑe contēplari poſſunt. Sic nō Eſau robuſtus & vagabundus. Sed Iacob domi remanens bn̄dictionē meruit & ſcalam videre celeſtē. Geñ. z7. & ſequēti capitulo q̄re contēplātes cōuenit eſſe ſolos & ſolitarios . Iſaac enī habitās in terra auſtrali oīb9 relictis ad contēplandū in agrum ꝓfectus eſt/ Geñ. z4. circa finē. Item Iacob luctantē ſecū angelū ſolus contemplatus eſt. Geñ. 3z. c. q̄ſi in fine. Heliſeus puerū ſunamitis ſuſcitatur9 clauſit hoſtiū & ſolus remanſit. 4. Re. 4. c. circa finē. Contēplatur9 Dauid dixit qs dabit mihi pēnas ſicut colūbe & volabo & re/ vt infra A

Ad hec No/
t et ſcribit
ductor eorū
loctria Tal/
ut / ꝙ helias
lie iudicii cū
nitu & cor /
u ventur9 ſit
ēs iudeos ex/
taturus & vi
ficaturus/&
tūc ipſi ſic/
pede ꝑ ma/
hieruſalem
āſibūt / iubi
ntes & pſal/
ntes trium/
hos ſuos et
ictorias / de/
orādo ibi in
mul Thaurū
n gentis mag
itudinis / ſci/
cet ꝙ idem
Taurus tā ma
nus ſit/ ꝙ oē
enū & omnia
lia virētia vl/
ra. cc. milia /
ia poſſit deuo
are/ ide īmor
alitatē ineter
nā ſumpturi.
& hec etiā vna
rufarū eorū/
lem. Itē & q̄ſi
le ſimili opini
one reſurrecti
onis eorū Eze
chielē c. 37. ꝑ
totum vide.

poteſt)dicitis vidiſſe. Item cum per poſteriora non ſolum ceruix
ſed etiam quelibet pars corpis cōuenieter poteſt intelligi. Hoc ꝙ
eum ceruicē vidiſſe aſſeritis nō ratōe vel legis auctoritate ſed ſola
voluntate ꝓbatis. Et vt Deū ceruicē(ꝙ ſane intelligi nephas & ab
ſurdum eſt)habere concedam: fieri tamen quomō potuit vt Moy
ſes nihil in eo preter ceruicem viderit? Aut ſi aliquid eum aliud vi-
diſſe fingamus potuit videre pilium ſiue nodum corrigie/ in eius
corona quam vos dicitis angelum Mitraton capiti dei ſinglis di-
ebus imponere. Vt autem vtar etiam ratiōe nature/ vos Deum ca
put & brachia totam ꝗ; corporis formā habere contēditis: quod
ſi ita eſt. Igitur deū longitudinis; latitudinis & altitudiuis dimen-
ſionib9 cōſtare neceſſe eſt. Si vero trib9 hiis dimenſiōib9 claudit
Deus ergo corporeis partib9 terminat/ quod euidenter eſt incon
ueniens mendacioſum & credere abſurdiſſimū. De corrigia vero
quam eum in capite habere dicitis: duo nunc ꝓpono tibi Samuel
illa nanꝗ; corrigia aut de ſeipſa eſt/ aut aliunde. Si de ſe ipſa: iam
Deus a ſe diuiſus eſt. Si aliunde/ Creator eſt aut creatura. Si crea-
tor: ergo duo creatores. Si creatura: iam quedam creatura maior
eſt quadam creatoris parte/ quod incōuenientiſſimū falſiſſimūꝗ;
dinoſcitur. Ideo quero a te vtrum hoc quod Deum in capite vel
brachio geſtare dicitis/ vlla vel nulla geſtet neceſſitate? Si neceſſi
tate/ tunc Creator creatura indiget. Sin autem ergo Deus aliquid
ſuperfluum geſtat/ quod rerum omniū mendaciſſimū comproba
tur. Sam. Mi domine Oliueri veſtra obiecta incōmode inficiare ne
videar/ aliqua abſurda ſatis a noſtris edita confiteor: doctoribus
tamen plerumꝗ; a veſtris præceptoribus ad deteriorem partem
tranſlata/ nobis in obproprium & diffamiam ſempiternam. Oli.
bene ſempiternam: ad hoc paululum auſculta quatuor verba pau
ca vel vltra: ne veſtris erroribus omne temp9 conterere videamur
Nonne tu Samuel/ errores veſtri in lucem deducti ſunt: quid ſcili
cet contra Dei immenſitatem ſenſeritis. Deum infirmum: iracun-
dum: letantem: plorantem rurſus: laborātem & cum leuiatan lu-
dentem ac omni die tribus horis in libris Talmut ſtudentem(qui
bus obprobriis nil deterius damnabiliuſꝗ; diuinitati ſue aſcribi
poterit)tanquā a prophetis vobis cognitū ꝓfitentes mētiemini.
Ne autem me verbis inſiſtere cogites. Tui doctores & preſertim
Petrus Alphonſus Moyſes antea vocatus & apud tuos famoſiſſi-
mus doctiſſimuſꝗ; eos errores veſtros ſtultiſſimos et abominabi
les doctrinas ſuo tractatu ſcilicet de errore Iudeorum in centuplū
latius nobis deſcripſiſſe videtur: ibi lege quia latin9 es/ et veſtro-

vt ſup̈ A. quieſcā. Ecce elō
gaui fugiēs et manſi in ſolitu
dine et expectabā qui ſaluū
me fecit. Adorādū patrē ſuū
cœleſtē dn̄s ieſus turbis di-
miſſis ſolus aſcendit in mon
tem Mat. 14. Etiā nō ſolū ipſi
ſolitarii: ſed etiā et ipſi p̄lati
Deū contēplant̄ debite p̄lati
onis officiū exercentes Moy
ſes fideliter paſcēs oues & ad
interiora deſerti deducēs flā
mam Rubi ardentis cōſpica
tus eſt ꝛc. hmōi comtēplatio
nis hiſtorie innūerabiles oc
curtūt legentib9: preſertim.
Exo. 3ꝛ. c. vbi Deus Moyſi in
tabernaculo loquebat̄ facie
ad faciem.
¶ Videbis poſteriora mea. fa
ciem vero meā videre nō po-
teris. Exo. 3ꝛ. in fine. Non vi-
dit enī Moyſes Deū vel locu
tus eſt ei niſi facie ſua velata
¶ Veriorē tn̄ dei diffinitionē
reſpice li. fr̄is Vincē. 1. c. 1. de
vnitate diuine eſſentie ꝛc.
Philoſophica dei deſcriptio
ſm̄ Empedoclē philoſophū
Athenien̄ ē. Deus ē ſpera cu-
ius centrū ē vbiꝗ; & circūfe-
rentia nuſquā. Hic ph̄us ar-
bitratus animos hoīm eſſe in
mortales incēdiis ſe dedit.

rum omnium ſtulticiam inanem conſiderato videlicet: quid de le-gis intellectu: de erroribus diuinitatis: Accidētibus dei et obprobriis: quid de mundi creatione-formatione rerum: fabulis: men-daciis ceteriſq; erroribus infinitis ſenſeritis et p̄ſertim veſtro maximo peccato commiſſo in Criſtum: quare vos crudeliſſime puniti a Tito Veſpaſiano filio ſuo: Ioſepho atteſtante Iudeo-& ineternū puniemini.

De hac punitōe Iudeorū īfra fo. primo in margine zc.

